




R (Ms)

129

Sala Reservada list 8-2

N.T. 1122778

C.B. 1000847962



CÆREMONIALE ~
Sacrosanctæ Basilicæ
PRINCIPIS APOSTOLORUM
de Urbe

EX

Vaticano Archivio

excerptum



GENERALIA
SACRORUM
PRINCIPIS APPOSTOLICI
de Urbe

EX

Vaticano Archivio

EXCUBITUM

1
Illmo, ac Rmo Capitulo Basilice Principis Apostolorum
de Urbe



Cum mecum ipse, diu, multumque agitassem, quid maxime gra-
tum, quid opportunum elaborare pro mea tenuitate possem,
quod acceptum fore confiderem, Illmo, ac Rmo Capitulo, cui
totum plane me debeo, statui tandem nil gratius me prestaturum,
quam si omnem operam meam collocarem in exponendis Rubricis, et Sac-
Ritibus, qui ad Ecclesiasticum cultum pertinent.

Hoc enim nobilissimum Capitulum, quod ceteris omnibus, quibus univer-
sa Christi Ecclesia coronatur in Terris, tamquam exemplum, et normam
proponitur, in id precipue incumbit, ut Rubricas diligenter... et Sacrorum
Rituum observationi attente invigilet, eorumque consuetudines servet in-
corruptas. Quare non immerito pergratissimum illi futurum mihi
videatur, si eorum Beneficio, et Commodo, qui eorum laudabili studio
Sacrorum Rituum, et Statutarum ab Ecclesia Ceremoniarum satagunt observare,
easque omnes proponerem brevi libello comprehensas, et usui Augustis-
sime Basilice accommodatas. Ita tamen ut nihil omnino quispiam
in hoc opere sit inventurus, quod sive in Rubricis, sive ex Ecclesiasti-
cis Ritibus, sive ex Romano Ceremoniali, sive denique ex aliqua
Vetusta



9.
vetusta, et probata consuetudine hujus Basilicę descriptam non agnoscat. Tamen itaque humanitate vestra, spero exiguum hunc laborem, vestri oculi non ingratum fore. Quinimmo id illi forsasse eveniturum, quod vilissimij terre vaporibus solij beneficio contingat; Nam quemadmodum illi ab infimij Terre sedibus ad supremas aeris Regionis vi caloris efficacissima elevantur, ut luceant in sublimi: ita obscurum, despectissimumque per se Opusculum vestre benignitatis radio extolendum, illustrandumque confido.

~~est~~

Primi Libri Index

De Vesperis solemnibus in diebus Festsij	fol.	1.
De Episcopo Vesperas celebrante		14.
De Vesperis diebus Ferialibus		19.
De Completorio		20.
De Matutino solemnibus cum Laudibus		23.
De Matutino minus solemnibus Can ^o bumen celebrante		28.
De Matutino diebus Ferialibus		30.
In Officio parvo B. M. V.		33.
De quatuor horis Canonibus		34.
Quando Cantandae sunt Missae solennes in Choro		36.
De ingressu alicujus de Clero in Choro inchoato jam Officio		37.
De Missa solemnibus per Can ^o celebranda		39.
De Missa Episcopo celebrante		55.
De Missa Archipresbytero celebrante		70.
De Missa Beneficiario celebrante		74.
De Missa minus solemnibus per Beneficiarios celebranda		77.
De Missa in Anniversario alicujus Defuncti celebranda per Canonicos		78.
De Missa in Anniversario per Beneficiarios celebranda		81.
De Ornatu Altaris		82.
De Oratione Quadragesima horarum		83.
De modo pulsandi Organum, et Canendi per Cantores Missas		88.



De Concioni bus, et Oratori bus habendi	fol.	89.
De accessu Summi Pontificij ad nr̄am Basilicam, et quando occurrat illi Capitulum		90.
De modo ostendendi Reliquias Majoris		91.
De Solemnitate Beatificationis		94.
Quid agere debeat Capitulum in Canonizatione		98.
De modo tradendi Vexilla Canonizati		99.
De Apertione Porte Sanctę Anno Jubilei		100.
De Coronatione Summi Pontificij		100.
Quid debeat noster Clerus in morte Summi Pontificij		103.

Libri Secundi

Index

De Dominicis, et Feriis Adventus — — — — —	fol.	105.
De Vigilia Dominice Nativitatis, et de matutino, et Missa in nocte celebranda — — — — —		106.
De festis, que occurrunt usque ad diem Purificationis solemniter celebrandis — — — — —		110.
De Festo Purificationis b. M. V., et Benedictione Candelarum, ac Processione — — — — —		111.
De Die cinerum — — — — —		114.
De Dominica Palmarum — — — — —		117.
De Matutinis Jenebrarum IV. V., et VI. Feris Majoribus —		121.
De Feria V. in Cena Domini — — — — —		123.
De modo abluendi Altare Majoris — — — — —		128.
De officio Ferie VI. in Parasceve — — — — —		134.
De Sabbato Sancto — — — — —		143.
De Paschali Resurrectionis die, et Festis usque ad Ascensionem — — — — —		151.
De Festis Ascensionis, et Pentecostes usque ad Dom. Corporis solemnitatem — — — — —		156.
De Isma Dominici Corporis Solemnitate — — — — —		159.
De Festo S. Apostolorum Petri, et Pauli, et de alijs Festis occurrentibus usque ad Adventum — — — — —		163.



Index

Index

102	De ...
104	De ...
110	De ...
111	De ...
112	De ...
113	De ...
114	De ...
115	De ...
116	De ...
117	De ...
118	De ...
119	De ...
120	De ...
121	De ...
122	De ...
123	De ...
124	De ...
125	De ...
126	De ...
127	De ...
128	De ...
129	De ...
130	De ...

Liber Primus

De Vesperis Solemnibus in diebus Festis.

Cap. I.

Congruo tempore per horam pulsatis Ecclesie Campanis, in sacratio sex, vel quatuor, aut saltem duo ex Beneficiatis, vel ex Clericis Beneficiatis, juxta morem sollemnitatis in leuius explicandum, adjuvante Ceremoniaro, induuntur Pluvialiibus coloris diei festo congruentis. Mox ab eodem Ceremoniaro induitur Canonici Hebdomadarii Pluviali concolori supra Rochetum, deinde Canonici, alique de Clero ibi congregati, ordine, ut infra ad Chorum progredimur.

Prestita veneratione debita Cruci in sacratio existenti, Beneficiati, seu Clerici Beneficiati, ut supra parati, recta linea ab utroque Celebranti lateris astent. Accolythus interim Cotta indutus, ac deferens Crucem, omnes de Clero precedat inter duos Accolythos Cotta pariter indutos, et utraque manu candelabra cereis accensis deferentes. Subsequuntur primo Alumni Seminarii, deinde Clerici Beneficiati, et postremo Canonici, omnesque bini detecto capite procedant, si tamen numero fuerint impari, tres ultimum locum sortiantur. Qui huiusmodi Ministri parati tecto capite, junctisque manibus succedant. Celebrans vero junctis pariter manibus, et tecto capite medius inter duos ultimos Ministros paratos incedat.

Processione tali ordine disposita, prebit Ceremoniarum Magister, qui ad vix aqua benedicta, ubi primum pervenerit, subistet, eamque Clero Ecclesiam ingrediendi, et Ministri paratis, et Canonico celebranti argenti de-
tegentibus, manu porriget, deinde idem Ceremoniarus Celebranti proximus, incedet. Omnes ante Altare, in quo Sma Eucharistia servatur pervenientes, altero tantum genu deflexo, et humiliissima capitis inclinatione illam adorabunt, utrumque genu, si Sma Eucharistia exposita fuerit, flectent.



Hujusmodi adorationem Canonici Celebrans prestabit in se Ministris, equaliter hinc inde dispositis, quotquot illi fuerint agut detegentes, quamvis Summa Eucharistia non fuerit exposita.

Hinc Clerus, ordine quo supra, ad Chorum progredietur, a Cruifero prope Gredentium Crux collocetur, Cerofarij in infimo Altarij gradu, ad Altarij latera consistent, ceteri de Clero pervenientes ante Altare, genuflexo genio in medio Chori, Canonici autem humiliatissima capitis inclinatione tantum, Crucem venerabuntur, postea salutabunt utrumque Chori latus, ad illud prius se vertentes, quod in illa hebdomada pro inchoandi officij fuerit electum.

Ad propria loca ituri, sese invicem, dum separant, salutabunt. Cum autem illos, qui unidirem procedunt, ad unum Chori latus petere contingat, ante quam statum ascenderint, mutuo sese rursus salutantes, locum proprium sortientur, et aliquantulum genuflexi orabunt, postea surgent.

Celebrans denique, et Ministri equaliter ab utraque parte ipsius dispositi in inferiori Altarij gradu Caput detegant, et genuflexi breviter orant, signo Crucis tum ante, tum post orationem designantes, Ceremoniarum autem post Celebrantem in pavimento Cappelle genuflectat, ubi, et Cerofarij, qui sine mora discedent ad deponenda candelabra, cerej extinctj super tabulas ad Altarij latera hac de causa positas, ibique ante scannadipij ad sedendum paratos, subsistent.

Mox Celebrans, et Ministri supradicti aspurgentes humillime Altare venerentur, Ministri vero adstantes circa Celebrantem non genuflectant, sed una cum eo tantum profunde se inclinent, cum vero Celebrantem non comitabunt, transire ante Altare semper genua flectere debent.

Celebrans, et Ministri postquam Altare venerati fuerint, Canonicos ab utraque parte Chori salutabunt, eo plane modo, ut supradiximus, sed
cum

^{cu}aderit Emo, Archipresbyter, vel ejus Vicarius, prius ipsi erunt salutandi. Celebrans primam sedem in Chori latere pro inchoandis Officiis in illa hebdomada electo tenebit, ea tamen occupata ab Emo Archipresbytero, qui semper in Evangelii latere locum habet, medius inter Ministros portatus ad primam sedem e latere Epistolae perget, cum ad stallum ascendenti Ceremoniaris proximus Pluvialis fimbriam aliquantulum elevet. Celebrans Canonium proximam salutabit, antequam assideat in sede, in qua ponetur pulvinum, duoque similia erunt cum sapere super scamno, seu genu flexorio ante se posito, super quibus etiam ponetur liber serico paramenti consolori cooperitus. Sedet ibi paululum, sicut et omnes; Ministri vero parati coram Celebrante stant in Chori pavimento. Ceremoniaris librum ante Celebrantem positum aperit, postea pro inchoandis Officiis licentiam exposulabam eat, ab Emo Archipresbytero, si aderit, et habitum Canonico Celebranti significat, qui biretum Ceremoniaris porriget, surgensque una cum omnibus, junctis manibus dicit *Ave* noster, et *Ave*, quibus exleis dexteram Pluvialis partem Ceremoniaris elevante, se Cruce signans, data, et gravi voce juxta morem in cantu solenni precinet = *Deus in Adjutoribus*. Dum a Choro, vel a Musiciis dicitur = *Gloria Patri* sum Celebrans, quom reliqui aliquantulum ad *Ave* se inclinent.

Expleto per Chorum *Alleluja*, vel *Louy tibi Domine* = ex Ministris dignior, vel ad Cantum aptior Celebranti profunde se inclinans, ipsi precinabunt primi Psalmi Antiphonam, quam statim ab illo intonata in illi de Choro, vel Musiciis integre concinent. Interim Ministri parati versus Celebrantem salutantes, accedunt ad legile in medio Chori positum, e conspectu Altaris, ibique facta genuflectione *Ave*, si quatuor, vel sex fuerint, duo remaneant ante legile, alii vero ad sedilia hinc inde e legili latere ipsi preparata, videlicet, aut violaceo punno cooperata progreredientur.



Explera a Cantoribus & Cantoribus Antiphona, si Cantabitur per Chorum primus Psalmus, tunc illi duo ante legile intonatunt Psalmum = Dixit Dominus = Choro alternative respondente, secus autem si per Cantores organo modulante concinetur, tunc autem inchoato Psalmo, hi duo supradicti parati, iterum Altare venientes, previa mutua salutatione, ad sua loca in proprio latere, una cum reliquis paratis recedent.

Incepto primi Psalmi versiculo, omnes recto capite, nisi fuerit expressa Summa Eucharistica, sedeant, ita permansuri usque ad Capitulum exclusive, nisi quatenus pro intonatione Antiphonarum surgendum erit, et Celebrantis manus anteriori parte Pluvialis cooperatas supra genua extendat.

Ceremoniarum immediate ante Celebrantem insedebit, primumque locum in stallo Beneficiatus destinatus habebit; Verumtamen si extra Chorum cantentur Vesperz, detecto capite in scamnulo post Celebrantem posito sedeas.

In singulis Gradibus, et quando cumque dicitur Gloria Patri omnes detectum Caput humilime inclinabunt usque ad Versiculum exclusive sicut etiam, similiter cum dicitur = Sit nomen Domini = Ceremoniarum surgens Celebrantem admonet, ut detectum Caput ad Altare inclinet, quod idem faciendū omnes de Choro

Cantoribus Antiphonam repetentibus, duo ex Ministris paratis, nempe a quolibet latere unus, sibi invicem occurrentes ad legile accedant, ubi peracta genuflexione versus Altare, unitim ad Chori latere Celebranti adversum procedentes secundam Antiphonam Canonico digniori primum intonabunt, quod idem servabitur in aliis antiphonis, que aliis successivis dignioribus Canonis primum intonande erunt alternatim in quolibet latere Chori.

Canonice antiphonam respicientibus, cum omnibus Canonibus, et illis de Clero in eodem latere adstantibus, asurgat, excipit cele.

celebranti, et Cardinali, si aderit. Repetita per Canonicum Antiphona
 Ministri parati redeant ad Lectile, et ab eis vel cantoribus Psalmo introito
 post factam Altari genuflexionem, ad propria loca redibunt. Si duo van-
 tum fuerint Ministri parati in eo Chori latere, in quo stabit celebrans, sem-
 per insideant, scilicet hinc de causa constituto

Si duplicandę non fuerint antiphonę, postquam perintonatam anti-pho-
 nam Canonicus reperit, in eodem loco stans, parati conversi facie va-
 men ad Altare perintonat Psalium, quod servabitur in omnibus Psalmis, et deinde ad
 loca sibi destinata recedent, circa finem ultimi Psalmi, Accolyti prope Altare se-
 dent, ibidem Cerog in Candelabris accendant, et in fine antiphonę vel organi mo-
 dulationis equaliter procedent, coram Altari consistent, quod genuflexi vene-
 rabunt, mox ad Canonicum celebrantem procedentur, quem congruo capitis
 deflexu salutabunt, et adstantes ad istius latera in Chori parimento, iuxta
 inter ipsos loci distantia, semet ipsos respiciant. Tunc etiam Ministri para-
 ti, postquam Altari genuflexione, accedunt ad celebrantem, et coram
 eodem consistent inter Accolytas

Expleta per Chorum, vel per Musicos Antiphona, celebrans detecto ca-
 pite surget, et una cum eo omnibus in Choro surgentibus, juncis
 antibus canet Capitulum, quo expleto dignior ex Ministris pro-
 piti inclinatione, ibi perintonabis initium Hymni, stabit
 celebrante repetendum. Mox Accolyti predicti, sicut et Ministri
 parati, post habitam canonico celebranti salutationem, ad propria loca
 dunt.



In festis B. M. V., et in solemnitate Pentecostes post hymnum a celebrante repetitum, in eodem loco ministri genuflectant, ibi permansuri, immobit tamen strobili usque quo prima Hymni strophe dicta fuerit, quo expleto omnes ad sua loca recedant, et inter Ministri junctas manus teneant.

Hymno absoluto parati ad Legile accedant, ubi propria genuflexione versus Altare & qualiter hinc inde dispositi simul conuincunt Versiculum, iisdemque genuflexionem & idcirco ibi, Chorus dicat responsum. Interim presbiteri parati ad celebrandam accedentes, propria reverentia ante illum consistant, et unus ex ipsis celebranti pronuntiabit Antiphonam pro Cantico Magnificat, quae a Canonico celebrante repetitur, cumque proseguentibus Cantibus ministri parati ad sua loca redibunt, et omnes in Choro sedent.

Dum incipitur Canticum, omnes ad nutum Ceremoniarum assurgunt, ministri autem parati celebrantem versus progredientes, Altare venerantur, inde congruo flexu ad celebrantem accedunt, qui se Cruce signans, sicut ceteri omnes, canonicum sibi proximicem salutans, junctis manibus inter ceteros ministros hinc inde adstantes, ad Altaris thurificandum procedunt. Cum ad infimum Altaris gradum pervenerint, profunde se inclinabunt. Celebranti Altaris gradus scandenti. Ceremoniarum aliquantum elevat anteriorum salutis vestis

tui fimbriis, et duo ex Ministris ei proximioribus utrinque elevent eo-
 dem tempore fimbrias Pluvialis, atque inter eosdem Can. juniores, quos
 fuerint Parati ad Altare succedant, et consistant omnes in anteriore r. Altaris
 gradum, & qualiter divisi ab utroque latere in Chori pavimento, et congrua
 distantia, videlicet recta linea dispositi ad Evangelium, et Epistolam cornua
 singuli tamen in proprio latere, et graduatim quando duorum numerum
 excederent, converso prius aspectu ad Altare, illud venerabuntur deinde
 conversi se invicem prospiciant, quousque Altare thurificabitur, celebrans se
 inclinans una cum duobus ex dictis Paratis, Altare denuo veneratur,
 quod postea in medio osculatur, reliqui Parati in superiori pavimen-
 to consistentes, se mutuo prospiciant, nam seorsum ac diximus
 de Canonicis

Conversus mox celebrans ad Cornu Epistolae ibi alter ex Paratis a dextris
 stans, accipit a Sacrista naviculum, eamque resertam offerens
 osculatus coelestem, et manum celebrantis dicat = Benedicite Pa-
 ter Reverende =, et celebrans cui alter ex Paratis a sinistris elevat
 anteriorem Pluvialis partem, per infundens thuris super eum dicens pro-
 nus Thuribuli, quod prae. Sacrista aliquannulum resertatum sustinet dicat = Abi hoc fa-
 tandem iuxta consuetum morem ingrem in censa profusum manu benedicat

Paratis a dextris stans accipiat Thuribulum, ejusque catenulas, in amplexibus celebran-
 tis osculans, ei offerat, et aliter Minus pergit ad sinistrum latum celebrantis, sequenti norma



Altare thurificanti extra Cornu Epistolae Ceremoniis stante, et duobus Parvis ante-
rioribus thuribulibus partem elevantibus, celebrans amplexatus. Sinistro superioribus
thuribuli catenulas, dextera vero inferiores perstringat, parvulo relicto in
intervallo inter dexteram, et thuribulum, ut Crucem, et Imagines tha-
urificatorum sui hinc illud impingat, et revadat.

Sicque facta Crucis reverentia ipsam triplici ductu thurificet, hanc
expleta thurificatione, eandem, se iterum inclinans, veneratur,
Mox si ad fuerit super Altare. Si a posterioribus Imagines, ista prius a dex-
tris thurificet, et iterum Crucem veneratur, eodem plano modo a sinistris du-
plici ductu thurificabit; deinde quomlibet venerationem praetermissam
thurificet Altare, per ducto thuribulo equali distantia, prout fuerint
disposita Candelabra, non sistendo, sed procedendo, et cum erit in for-
nu Epistolae demissa manu, et big ducto thuribulo, prius posteriorem,
et inferiorem, mox superiorem partem thurificabit. Postmo-
dum conversus ad Altare, manum elevet, et ipsam Altaris mensam tri-
plici ductu thurificet usque ad Altaris medietatem. Ibi Crucem veneratur, thuri-
ficationem proseguatur usque ad Cornu Evangelii, quo thurificato, abste-
ra in latere Epistolae, elevet thuribulum, eodemque modo thurificet supe-
riorem mensae partem, usque ad medietatem Altaris, tunc manu aliquan-
tulum demissa, triplici ductu thurificet anteriorem Altaris parte-
m. Dum procedit a Cornu Evangelii usque ad Altaris medietatem, in qua
Crucem denuo veneratur triplici ductu pariter thurificet anteriorem poste-
rioris Altaris partem usque ad Cornu Epistolae. Mox in eodem cornu si-
nistro parato, a quo suscepserat, reddet thuribulum sacrilege tradendum

Celebrans

119

Celebrans i superiore Altaris gradu descendat cum duobus Paratis, i bi
cum alijs Paratis, qui ad Altaris latera steterunt, hinc inde recta linea stan-
tibus e conspectu Altaris, ad quod ipsi se convertant, sicut etiam Canonici
in pavimento assistentes una cum Celebrante, et Paratis, Altare veneren-
tur, quo facto Celebrans retro se vertens, salutat Canonicos, prius tamen
e latere Chori adstantes, qui capitis, et humerorum inclinatione celebranti,
et postea sibi ipsi invitando debitum honorem reddent; Si aderit Archipres-
byter, ipse quoque erit salutandus: Deinde una cum Ministris paratis descen-
det Celebrans ad proprium locum rediturus, et antequam stallum ascendet Ca-
nonicum sibi proximiorum salutabit. Ministri salutato prius celebrante
ad propria loca recedent, et eodem tempore Canonici prefati, statim
post factas predictas salutationes, ut supra, ad propria loca redibunt. Ad-
vertendo quod et ipsi stallum ascendant, se denuo salutare tenentur.

Celebrans postquam stallum ascenderit, ad honorem thurificationis
invitabit, Vicarium in Adverso Chori latere, vel eo absente Canonicum
sibi proximiorum. Si autem adfuerit Archipresbyter, hic non invitatur,
et prior omnium triplici ductu thurificabitur ab uno ex paratis, pre-
habita, et posthabita per ipsum humili capitis inclinatione, cui Celebrans
caput non inflectet. Idem Minister paratus statim Sacrista eum co-
mittente a sinistris triplici ductu thurificabit Archipresbyterum, eoque
absente, Vicarium. Si autem adfuerit Archipresbyter, duplici tantum
ductu Vicarius thurificabitur, premisi, et posthabiti in thurifica-
tione congruis obsequiis. Mox duplici pariter ductu thurificabit
Canonicos, quorum singuli invitantes proximum Canonikum ad



thunificationem, aliqua autem capitis inclinatione, reddent Ministro parato salutatorij honorem.

Reliqui parati sunt Canonicos, ^{et ante Beneficiatos duplici} ~~quorum~~ ~~triplici~~ ~~inclinacione~~ ducti sunt thunificandi ab eodem Ministro parato, previa, et posthabita salutacione, ut supra.

Thunificationes conveniunt ab illa parte prius, in qua residet Celebrans, ubi primo thunificandus erit dignior Beneficiatus uno ductu, deinde Ceremoniaris, postmodum reliqui Beneficiati, quorum singuli proximum Beneficiatum insistent ad thunificationis honorem. Tandem unico tandem ductu, et sine mora thunificabuntur reliqui de Choro, quorum primo solum est caput inclinandum, postremo Clerici Seminarii, et Cappellani Chori, et ultimo Sacrista, qui recipientes thunificationem thunificabit Ministrum paratum duobus ductibus, et postea perget in medium Chori coram Populo, et ipsum triplici ductu insistent, premissa, et posthabita ad Populum salutacione.

Absolute cantu omnes sedent quousque fuerit repetita Antiphona, vel expleta Organi pulsatio. Interim Accolyti cereis accensis sumentes candelabra, previa Alari genuflexione, progrediuntur ad Celebrantem, ad quem cum proxime pervenerint capitis inclinatione ipsum salutant. Ministri parati Alzare prius venerantes, et Celebrantes advenientes, ipsum capitis, et humerorum inclinatione salutabunt.

Expleta Antiphona omnes asurgent, et Celebrans utramque jungeret manum, Ceremoniaris prope illum adsistente, alta voce concinet

cinet = Dominus Vobiscum =, et deinde juxta morem aliquantula ad
Crucem inclinatione premissa, dicat = Oratio =, et postremo Gratiam.

Si fuerint Commemorationes faciendae, ex Parati benedictio duo,
reliqui coram Celebrante consistuntibus, accedent ad legile, et expleta
a Choro, vel a Musici Antiphona, concinent Versiculos, eisque Chorus
respondet, Celebrans itidem alta voce dicet = Oratio = una cum Gratia
ne, vel Gratiationibus, et conclusione istius opportuna.

Post ultimam Gratiam omnes Parati Ministri accedentes ad legile,
Choro interim Celebranti respondente = Et cum Spiritu tuo = concinent
congruo Festivitate tono = Benedicamus Domino = Eisque respondeat
Organi modulatio.

Si dicto Benedicamus Domino, juxta morem nostrae Basilicae in so-
lemnioribus Festis concinenda fuerit Antiphona, tunc sedeant omnes,
eaque expleta, stans Celebrans, submissa, intelligibili tamen voce dicat
= Fidelium anime = Quibus parati Celebrans salutat Canoniam sibi
proximiorum, et una cum Parati in medium Chori perget, ubi fa-
cta Crucis debita inclinatione salutabit utriusque lateris Canoni-
cos, et omnes, quo venerant ordine, ad Sacramentum revertentur.

Eandem plane regulam semper diebus Dominicis, et Festis
vni nostrae Basilicae propriis, quam a Christiano Populo exaltis
Canonibus Celebrans in Vespere servet. In Festis vero Nativitatis
D. N. I. C., Epiphaniae, Paschalis, Ascensionis, Pentecostes, in solenni-
tate S. Michaelis Corporis, Assumptionis B. V. M., in festivitate S. Apo-
stolorum Petri, et Pauli, Omnium Sanctorum, et Ecclesiae Dedicatione, a



Ministris assistentibus cum Beneficiis, cum etiam Clericis Beneficia-
riis sex Pluvialia utriusque Vesperis aspergentur

Diebus immediate subsequens Dominicam, Nativitatem, Pas-
cha, et Pentecostem, itaque in festo Dominice Circumcisionis, Purifica-
tionis, Annuntiationis, Nativitatis, et Conceptionis B. M. V., nec non
in Celebratione S. m. Triadis, Natalitiorum S. Joannis Baptistae, Cathe-
drae S. Petri, Kalendarum Augusti, Octava diei Dominici Corporis
Christi, S. Apostolorum Simonis, et Iudae, et S. Andree, quatuor
Pluvialia sumuntur. In reliquis vero festivitatis, et Dominicis
diebus tantum duo.

In secundis Vesperis praedictarum Solemnitatum, et in primis
etiam Vesperis S. Apostolorum Petri, et Pauli, Dedicatione Novae
Basilicae, quando scilicet aspergentur sex Pluvialia, ante thurifica-
tionem Altaris Apostolorum, eorumdemque Corpora

Ad faciendas dictas thurificationes, ordo infrascriptus ser-
vetur, Sacristam praecedentem, et ferentem thuribulum, Incensi an-
viculam, subsequantur Becclyti gestantes Candelabra cereis ac-
censis. Mox Parati bini tertio capite procedant, et Celebrans inter
duos ultimos Curatos, immediate subsequatur. Canonici: Altari-
sta cum totidem Canonici, quos fuerint Parati subsequetur me-
dius inter duos, quos alii Canonici bini subsequantur

Quando igitur thurificanda erunt S. m. Eucharistiae, et
S. Apostolorum Altaris, antequam Chori Altare thurificetur,
Celebrans inchoata per ipsum Antiphona, salutans proximorem
Canonici

Canonico ordine, ut supra explicato, perget ad Legale proxime ipse ad
stante Ceremoniaro, et coram Altari subsistens inter supradictos Portatus
equaliter hinc inde dispositus, Altare venerabitur, et utrumque Chori
Latus una cum eisdem portatus salutabit, tunc omnes de Choro surgent, cum
autem Celebrans, supradicto ordine e Choro discesserit, sedebunt.

In Altarium thurificatione Canonici, qui ad Stationis modum, re-
gulam superius allatam in Altarium thurificationem servent, congruas
venerationis minime pretermittentes, et coram Altaribus Smae Eucharis-
tiae, et Sancti Petri Confessione thurificandis, genuflectant. Quomodo
que Smae Eucharistiae erit exposita, semper erit thurificanda. Co-
theca etiam Sancti Petri thurificabitur in Vesperiis propriis Festivita-
tis ordine explicato in Altarium thurificatione. In thurificatione
tantum prioris Altarium incensum infundatur thuribulo, eo plane mo-
do, quem diximus superius.

Canonici Altaristas, dum thurificantur dicta Altaria, adsint
a Latere Evangelii, atque hinc portatus, omnes praedicti revertantur
ad Chorum, cuius Altare thurificabitur, assistentibus tunc praefatis
Canonici. Altarista vero Chorum ingressus, Altare, et utrumque
Chori Latus salutans, proprium statum petat

De Episcopo



De Episcopo Vesperas celebrante

Cap. II.

Annuatim in nostra Basilica bis Vesperas celebrat Episcopus, scilicet primas, et secundas Vesperas S. Apostolorum Petri, et Pauli, ac Dedicacionis ejusdem Basilicę, quando tamen non sit Caspella Papalis

Sex Beneficiati, seu Clerici Beneficiati in sacramto Pluviali bus parentur loco ipsius destinato, quorum duo, ad quos illa hebdomada spectabit, accedant ad Episcopum in Falchitorio sedentem, et post profundam reverentiam omnibus Paramentis Sacris de manu alicujus Accolyti sumentes, illum induant.

Surgens igitur Episcopus deponet Mantellatum, et capiet Sacra indumenta per Accolytos ordinatim deferenda a duobus predictis Beneficiatis juxta ordinem, primo scilicet Amictum, quem in medio, ubi est parva Crux, osculatur, Episcopus, deinde Album, tunc Cingulum, mox Crucem pectoralem, et Stolum a collo pendentem, quas similiter osculatur in medio, deinde Pluviale, et sedem Mirram preciosam, et Annulum

Interea accedat Accolytus cum thuribulo, et navicula, quam ex duobus assistentibus dignior apprehendat, et semiapertam Episcopo offerat, osculans antea choelare, et manum Episcopi, qui per incensum in thuribulum infundet, prout de more

Tunc fiet Processio, in qua omnes antecedat Thuriferarius cum thuribulo, et navicula, deinde Accolytus cum Cruce medius inter Ceruferarios cum candelabris, ac cereis accensis. Nos omnes de Clero ordine quo supra in Capite primo.

Sequuntur postea quatuor Beneficiati Parati hinc, deinde Episcopus

spus inter alios duos Beneficiarios assistentes ei, elevantes Pluvialis fim-
brias, quem immediate sequitur Accolytus, qui mappam oblongam sericam
a collo pendente gerit, ad Mitram susinendam, quandocumque il-
lam deponet Episcopus: Cardinales si ad fuerint, sequuntur Episcopum.

Juxta consuetum morem, et ut sepius in Cap. I. dictum fuit, adorabitur a
Choro Sma Eucharistia, ante ejusdem Altare, dignior assistens a dextris Mi-
tram auferet Episcopo, qui supra pulvinum genu flectat una cum Paratis hinc
inde recta linea existenti bus. Adorata Sma, et augustissima Eucharistia, Epus
se elevat, et reasumpta Mitra continuatur Processio ad Chorum, ubi
per Clerum fiant genuflexiones, et salutationes respectu ad Altare, ad quod
cum pervenerit Epus, deponita iterum Mitra, medius inter omnes para-
tos, et Ceroferrarios, in inferiori Altaris gradu cum illis genuflectit super
pulvino, et parumper orat, sic permansurus, quousque Cardinales ad
loca propria pervenerint: Orante Epō, Accolyti deponunt candelabra
in loco consueto, prout de more. Surgens deinde Epus una cum Paratis
Mitrā reasumit, et Altare veneratus, Cardinales, et Canonicos hinc inde
dum pergit ad Faldistoriam | quod in Choro a latere Epistolae positum est |
salutat, cui Cardinales stantes detactu Capite, Canonici vero capitis
inclinacione respondebunt, et alii de Choro humilissima reverentia
Episcopum transeuntem, saluta bunt.

Sedebit Epus in Faldistorio inter duos assistentes Paratos, a iiii au-
tem quatuor coram Episcopo stabunt, omnes alii autem de Choro se-
debunt.



Insuper Ceremoniarium pro inchoandis Vesperijs licentiam postulabit a Cardinali Archipresbytero, vel ejus jussu ab alio priore in ordine ex Cardinalibus, qua obtenta Episcopus de posita Mitra, surgit, surgentibus omnibus, et ad Altare se vertens, submissa voce recitet: Pater, Ave, quibus expletis, Vesperijs inchoabit, ut supra Cap. I.

Accolytus librum aperitum sustinebit, Beneficiarius assistens a dextris proferet saculum, quæ vulgo dicitur = Bugia = unus ex quatuor Levatis, præmia debite reverentia, præintonabit initium primæ Antiphonæ, quæ ab Episcopo repetiturum præsequuntur Cantores. Inchoato ab ipso Psalmo = Dixit Dominus, Episcopus simplici ornatus Mitra sedeat; sicut et reliqui. Ceremoniarium semper aderit prope Episcopum, eum admoniturus, prout opus fuerit, de Ceremoniis servandis, scilicet ad Versu. Gloria Patri = Episcopus Mitram retinens versus Altare se inclinat. Illi duo parati, qui assistunt Episcopo in inferiori Altaris gradu assistant, alij vero quatuor in scamnis in piano chori, juxta morem positij, eodem proterius modo, ut in Cap. I. Canonici præintonentur Antiphonæ consuetæ.

Omnibus Psalmis expletis dignior ex Levatis in medio chori tenens sibi met librum traditum ab uno ex Ceremoniariis, cantat Capitulum, ad quod Episcopus cum Mitra surgit, una cum omnibus, et ad Altare convertens inter assistentes, qui illum adibunt, subsistit.

Dicto per Cantores = Deo gratias = unus ex Levatis initium Hymni præintonabit Episcopus stanti, uti supra, qui statim de posita Mitra præintonationem Hymni repetit, Choro illum prosequente.

Finito Hymno quatuor Levati pergentes ad Legile congruo sono
conia =

tono concinunt Versiculum, Choro vero respondente Responsorium.
Deinde idem Paraty, qui supra iterum Episcopo presentabit An-
ti phonam Cantici Magnificat, qua repetita Episcopus sedet, et accipit
Mittam preciosam, omnesque pariter sedent. Dum cantatur per
Chorum Antiphona Episcopus imponit thuy in Thuribulum, modo ut supra.

Cum vero Chorus incipit Canticum Magnificat, tunc surgit Episcopus
cum Mitra, surgentibus omnibus, et facto sibi signo Crucis, inter omnes
paraty incedit ad Altare, salutans interim Chorum, prius in latere
Epistolae, deinde ad laevam Evangelii. Ante Altare cum pervenit, il-
lud venerabitur, mox precedente Acolyto cum thuribulo, et duo-
bus Ceroferrariis cum candelabris, comitantibus pariter sex Canonici,
et Canonico Altarista, ad thurificandum Altare Sanctae Eucharistiae
progre ditur. Ibi in primo Altaris gradu Beneficiarius assistens a dex-
teris, Mitram aufert Episcopus, qui facta Altari genuflexione, una cum
praedictis paraty ascendit, postea medius inter suos Paraty rursus
ad Altare, quod in medio osculatur, et thuribulum accipiens a di-
gniori ex assistentibus thurificat, eo prout modo, quo supra.

Peracta thurificatione, descendit in inferiorem Altaris gradum,
ubi cum omnibus Paraty iterum genuflexio, et resumpta Mitra
redeunt omnes ad Chorum ordine supra dicto, ubi Altare thurifi-
cant, deposita prius Mitra, et servato ritu, ut supra.



Accipiens deinde Mitram, descendit ad Chori pavimentum, ubi Altare veneratur cum omnibus Assistentibus, et salutarum Cardinales, et Canonicos, redit ad Faldistorium una cum Paratis. Canonici vero cum Canonico Altarista, factis prius debitis salutationibus, ad propria loca recedunt.

Episcopus ante Faldistorium stans, et ad Altare conversus, ab uno ex Paratis thurificatur, deposita inde Mitra, post thurificationem junctis manibus in eadem statione permanet. Interim omnes, ut supra thurificabuntur.

Absoluto a Cantoribus ultimo Amen, accipiens Mitram sedebit Episcopus, sicut et omnes. Expleta Gregorii modulatione, deponet de novo Mitram, et surgit. Tunc suscepto per Accolytum libro, et facula prolata ab uno ex Paratis, Gratiam canit.

Post Versiculum = Benedicamus Domino =, sedens Episcopus Mitram pretiosam accipit, postea surgens, salutarum juxta morem utrumque Chori latus, ad Altare deinde pergit, comitantibus tantum duobus Paratis, assistentibus, qui semper ei anteriores fluvialis fimbriam elevat, et reliquis quatuor in Chori pavimento prope primum Altaris gradum permanentibus Crucem primo veneratus, Altare in medio osculatur, ad Cardinales inclinatus, ad Chorum se convertit, ut omnes genuflexos, praeter Cardinales, et Canonicos benedicat.

Postea una cum duobus eisdem, qui fuerant eum comitati ab Altari descendens, et ab aliis reliquis etiam stipatus, qui in Chori pavimento consistunt a quibus salutationibus, ac reverentibus salutat omnes de Choro, et eo, quo venerant ordine, omnes ad Sacra-

ritum, vestimenta deponitur, resertantur, praeter Cardinales, qui recedunt
nullo servato ordine a Choro.

De Vesperis in diebus Ferialibus

Cap. III.

De his Vesperis pauca dicenda, cum in his multa ex eis serventur, quae su-
perius fuerunt explicata

Pulsatur Ecclesiae Campana per mediam horam, et deinde per breve spa-
tium ab uno ex Cappellanis Campana prope Chori januam appensa, unus
ex Beneficiatis, vel ex Clerici Beneficiatis, qui sit Beneficiatus Cotta tanno,
vel Cotta, et Cappa indutus, prout tempus requirit, primus in suo ordine,
ex parte Chori stans, postquam dixerit secreto Pater Noster, inchoabit
absolute, et sine cantu Vesperas, dicendo = Deus in Adjuvandum, cui Chorus
respondet = Domine ad Adjuvandum, deinde Hebdomadarius intonat
primum Antiphonam.

Reliquae Antiphonae per alios duos Beneficiatos, vel Clericos Benefici-
atos in ista hebdomada ad tale munus destinatos, praeterintona buntur Cano-
nicis cum debitis reverentiis, et illis deficientibus, Beneficiatis, ut supra in
Cap. I., ac iidem reliquis Psalmis intonantur, qui dum dicuntur Vespere,
sedebunt in scamnis non coarctis prope legita ex parte Chori po-
sitis, et postquam ultimum Psalmum intonaverint, ad propria stellas
redibunt.

Absoluta ultima Antiphona, omnes surgent, Hebdomadarius tunc
legit Capitulum. Unus autem ex Cantoribus, vel duo Hymnum intona-
bunt, Chorus alternatim cum Cantoribus istum prosequet, quod etiam
ad Canticum servabitur.

Duo autem Beneficiati, vel Clerici Beneficiati, ad quos spectabit,



Versiculos dicent, quibus Chorus respondebit

Hebdomadarius intonabit Canticum Antiphonam, eamque Chorus prosequetur. Si duplex autem fuerit Officium, duo ad Cantoribus intonabunt Psalterium Magnificat, quo expleto repetitur Antiphona, et omnibus surgentibus, Hebdomadarius dicit Dominus Vobiscum, et Orationem, et predicti duo Beneficiati dicent Benedicamus Domino, et ultimo Hebdomadarius dicat Fidelium Animas

Si faciendae fuerint Commemorationes, Chorus dicit Antiphonam predicti Beneficiati cantant Versiculos, et Hebdomadarius congruas Orationes recitabit, quibus expletis dicit Dominus Vobiscum, et terminabunt Vesperae, ut supra.

In Quadragesima, Adventu, et Vigiliis, unus tantum Beneficiatus intonabit Psalmos, Versiculos, et Benedicamus Domino = Quando autem Officium fit de Feria, repetitur post Canticum Antiphona, flexibus genibus recitantur Preces in Breviario appositae, et dum dicuntur Orationes, solus Hebdomadarius surgit.

De Completorio Cap. IV.

Immediate post Vesperas dicitur Completorium per totum annum, excepto tempore Quadragesimae, tunc enim dicuntur Vesperae ante Commemorationem, et Completorium dicitur post

post Prandium. Hora consueta, pulchra prius per semihoram Ec-
clesiæ Campana.

Hebdomadarius suo habitu consueto pro tempore indutus, quo
habitu etiam utitur, licet Completorium sit solemne, ut in Sexis Feris Men-
sis Martii accidit in nostra Basilica, in primo loco stadi ex parte Chori
consistes, Accolytus ante Legile, et aliquantulum inclinatus versus Heb-
domadarium, dicit = Iube Domine benedicere = qui surgens una cum omni-
bus respondebit = Noctemp = qua benedictione expleta, Accolytus legit breuem
lectionem = Fratres = Post hæc hebdomadarius dicit = Heljubonium nostrum = Choro
respondente = Qui sequitur Deinde secreto dicitur Pater noster, quo dicto statim
hebdomadarius præmittet Confessionem alta voce, quam eodem modo Chorus repe-
ret, deinde absolutionem, qua finita ex parte cordis resignatus Cruce, dicit = Con ver-
te nos Domine Chorus respondebit = Et avertet. Rursus hebdomadarius factus sibi signo
Sanctæ Crucis comes = Deus in Adjutorium, respondente Choro = Dominus adjuvandum
Antiphona = Miserere, vel Melchior = per eundem hebdomadarium inchoat, et rursus
ex Cappellani præcinit. principium Psalmi = Cum invocarem, quem cum aliis
sequentibus Chorus prosequitur, omnibus tunc sedentibus

Post Psalmos Chorus pariter dicit Antiphonam, et successive om-
nibus prius surgentibus, cantabit Hymnum, quo finito Hebdomadari-
us legit Capitulum. Tunc a duobus Beneficiis, vel Clerici Benefi-
ciis, vel ab uno tantum, juxta temporis exigentiam destinatis, can-
tabitur Responsorium. In manus tuas Domine, cui etiam respondebit
Chorus, ut in officio. Innotatur per hæc hebdomadarium Antiphona



Salva nos: Et appellamus precibus principium Cantici: Nunc
dimittit quem Chorus prosequitur una cum Antiphona

Si preces dicende fuerint, hae omnes genuflexis tempore
Quadragesimali, Adventus, et Vigiliarum dicentur. Per diebus
curantur ferialibus, et festivis simplicibus, omnibus sanctis

Si vero Festum sit duplex, statim post Antiphonam heb-
domadarius dicitur: Dominus vobiscum, et Gratiam. Vigilia non
Repetitur postea Dominus vobiscum, et dicitur Benedicamus Domino,
sicque terminatur Completorium.

Beatae Mariae Virginis Completorium, quatenus sic dicendum
est in Feria, immediate post Benedicamus Domino inchoandum
est a Versiculo. Converte nos, et prosequendum, ut infra

Dicitur ab hebdomadario Benedicatur, et curaditur, sententia in-
venitur a sanctoribus una ex Antiphonis B. M. V. temporis pro-
pria, omnibus genuflexis, praeterquam in Sabato, Dominica,
etque Paschali tempore, et memoria Dominice Resurre-
ctionis.

Antiphona per Chorum expleta, dicitur Versibus ab uno, vel
duobus Clericis in medio Choro, quibus respondet Chorus. Max. heb-
domadarius statim Gratiam dicit, id iterum una cum alijs genu-
flexis, seorsum recitat, Pater, Ave, Et cetera, singulis vero ob peculiarem de-
votionem licet addere aliquas preces. V. S. Sacrosanctis

De manu

De Mouturino Solemni cum Laudibus Cap. V.

Hora a pueros pulsatur per semiquadrantem Ecclesie Campana, et a Cappellano Campanulae prope Chori januam appensa. Interim hebdomadarius induitur in Sacratio Pluviali coloris Festivitati convenientis, juxta antiquum nostrae Basilicæ usum. Eidem parantur duo Beneficiarii, vel Clerici Beneficiarii pro tempore destinati, duoque Accolyti, qui ceris accensis deferant candelabra.

Omnes prædicti postquam Crucem humerorum inclinatione veneraverint fuerint, e Sacratio discedent. Præcedant Accolyti, subsequatur hebdomadarius inter duos Ministros Beneficiarios paratos, comitante Ceremoniarario, nullo in reliquis servato Processionis ordine. Ibi Ecclesiam ingrediens, caput detegant, et aquam benedictam, quam manu exhibeat Ceremoniararius, sumant. Postmodum recto capite junctisque manibus progredientes ad Altare S. Eucharistie, hanc detecto capite, adorant, flexo tantum dextero genu, utroque tamen si fuerit exposita.

Hinc procedentes ad Chorum, in primo Altaris gradu caput detegentes, genua flectant, et aliquantulum orant. Accolyti post factam debitam Altari reverentiam, hinc inde ad Altaris latera deponant candelabra ceris extinctis super scamna ab eo latere, in quo consistent. Parati mox surgant, et postquam Altare juxta morem veneratis fuerint, ad propria loca ituri, utrumque Chori lateri salutent, id autem prius, in



quo est inchoandum officium. Primum ejusdem Lateranensis Capitulum Canonicus hebdomadarius obtineat, ad quem liber ante altarem in praesentibus positus, ut diximus in Vespere

Ministri parati in Cappella pavimento se detineant, conversi ad hebdomadarium, qui postquam ad praedictum locum pervenerit, proximarium Canonicum salutet, et recto capite aliquantulum sedeat. Interim Cereemoniaris librum aperiat, et mox hebdomadarius surgens, eidem Cereemoniaris brachia extendit, junctisque manibus secreto dicat Pater, Ave, et Credo.

Quibus expleto sinistram manum pectori apponens, et dextera pollice signans labia, clara voce canat: Domine labia mea. Deinde formans crucem a fronte usque ad pedes dicat: Deus in adiutorium. Dum canitur Gloria Patri hebdomadarius alique de thoro caput inclinabunt.

Eodem tempore Ministri parati accedentes ad Regila, facta versus Altare genuflexione inchoabunt Invitatorium sono festivitatis congruo, quod Chorus repetet; Deinde canent Psalmus Venite, Chorus ipse in fine cujuscumque Versiculi respondente, et repetente Invitatorium, ut in Breviario

Expleto Invitatorio Parati ad hebdomadarium conversi, illi praetonebunt Hymnum, quem ipse junctis manibus, stans eodem plane modo repetit. Dumque Cantores illum prosequuntur, Parati ad sua loca redibunt. Hymno absoluto praedicti Parati ad hebdomadarium redeunt, Antiphonam primi Psalmi, quam hebdomadarius primo, et postea Cantores repetent.

Interim

Invenim pre dicti Parati ad lexile euntes, ante ipsum consistent, ubi Psalmum alternatim a Choro conuincendum intonabunt. Tunc omnes sui locis recto capite sedebunt.

Post singulos Psalmos dum repetitur a Cantoribus et alijs hono Parati preintonabunt cum debitis, et consuetis reuerentijs dignioribus Canonicijs antiphonas, prima ex parte aduersa hebdomada, deinde ex utraque Chori Lateris alternatim.

Intonata per Canonicijs Antiphona, Parati salubres Canonicijs, et ad sua loca redeunt. Aduertendum quod quotiescumque ante Altare transibunt, semper genuflectere debent et Celebranti, et Canonicijs intonantes. Inuidia tonium, Hymnum Antiphonas, nec non Psalmos reuerentijs ante, et post, semper ipsos soluent. Deficientibus vero Canonicijs, preintonanda est Antiphona Beneficiarijs, et a dignioribus est inchoandum.

Si Canonicijs numero fuerint plures in uno, quam in altero Choro Lateris, adeant antiphona alternatim preintonari nequeat, tunc Canonicijs sunt Beneficiarijs preferendi, etiamsi Antiphona semper in eodem Choro Lateris preintonanda foret.

In fine ultimi Psalmi cuiuscumque nocturni, aliter ex stercoribus prope Altare existentibus, admoneat tres ex Clero pro conuandij Lectionibus, videlicet in primo Nocturno tres Clericos Beneficiarios, et in secundo tres Beneficiarios, et in tertio tres Canonicos, iniiciendo semper a junioribus ad seniores.

Expletis cuiuscumque nocturni Psalmis, dum ultima a Canonibus repeti-



tur Antiphona, Ministri parati surgent, et facta Alvari de bira genufle-
xione, canant Versiculum, quibus pariter omnes de Clero surgentes respon-
debunt; Deinde parati ad hebdomadarium accedentes, ante ipsum confi-
seant, quousque per ipsum absolvatur Benedictio, ad propria loca sine re-
versum.

Ordo autem in cuiuscumque Nocturni legitimis sectionibus, servandus
est inscriptus; Canonici hebdomadarius intonat Pater noster, et reliquum
dicit secreto, usque ad = Et ne nos inducas, tunc Chorus respondet sed liber ad

Interim sectionem cantaturus accedat ad Legile, ubi praemissa Alvari genufle-
xione (prout de more), quatenus sit Beneficiatus, et successive utriusque Chori la-
tera debita reverentia, sistit Accolytus, qui ut supra admonuit lectorem le-
cturam, ibique stans, ut ^{lecturam} ~~lecturam~~ quae ex illius indicet lectionem, quibus paratis
ad proprium locum recedat.

Canonici hebdomadarius congruo tono absolutionem dicit, quae finita,
lecturus lectionem conversus ad hebdomadarium, et se inclinans, dicit = Iube Domine
cui illi respondet cum benedictione lectioni congrua: Lector autem desistit
xy manebit, usquequo a Cantoribus dicatur Amen. Dum lectiones hic legit,
omnes in Choro sedeant.

Expleta lectione, lector, si Beneficiatus fuerit, dicens = In nomine Domini
genuflectat; si vero sit Canonici sede inclinat, et facit Choro ~~stabit~~ re-
verentiam, ad proprium locum revertatur.

Nono lectio singulis stantibus, recitanda est a Canonico hebdomadario,
qui dicit = Iube Domine modice discessit, et ad Canonicum dignitatem conversus
qui respondebit cum ultima benedictione, admonitus ante à Ceremoniaris
Ministro

Ministri parati coram hebdomadario nonam lectionem legent, et stant
 lyri cum cereis accensj. Post. Hebdomadarius dicitur= Tu autem Antiphona inchi-
 nabis. Postquam dicta fuerit nona lectio unus ex Paratis prointonabit. Hy-
 num= Te Deum Hebdomadarius, qui eodem tono repetet, et Chorus prose-
 qui erunt. Tunc Ministri, et Decolysti ad propria loca redibunt. Dum canen-
 tur Versiculus= Te ergo quaesumus omnes genuflectant. Expleto Hymno
 hebdomadarius intonabit. Te Deus in adiutorium. Interim Parati succe-
 dant de novo ad hebdomadarium, quorum aliter eisdem prointonabit An-
 tiphonam pro laudibus, qua per hebdomadarium repetita, redibunt ad
 legile, et factis genuflexionibus incipient Psalmum. Tunc omnes sedit
 sunt usque ad Capitulum. Quae ad antiphonas servantur a Ministris ea,
 quae dicta sunt in Vesperis. Dum legitur ab hebdomadario Capitulum
 omnes surgunt. Decolysti ad illum accedunt cereis accensj, stanti et Parati,
 quorum aliter prointonabit Hymnum, quem Hebdomadarius repetit, et
 omnes redeunt ad propria loca



Finite Hymno a Paratis cantatur Versiculus, cui Chorus respondet,
 ut in breviario. Deinde unus ex Ministris Antiphonam Cantici Benedic-
 tae hebdomadario prointonabit, qui eam repetet, et Chorus prose-
 quentur. Mox parati redeunt ad legile, et reliqui de Choro sedent.

Expleta antiphona Parati incipiunt Canticum. Tunc omnes de novo

postquam, se signo Crucis signabunt, Cantoribus Canticum prosequantibus.

Hebdomadarius salutato Canonico proximior, inter duo, Puritas, ipsius elevantes fimbrias pluvialis, perget ad Altare thurificandum cui ad inferiorem Altaris gradum cum pervenerit, Ceremoniaribus elevatis vestim, Duo ex junioribus Canonibus hebdomadariam sequantur, et in pavimento cappelae existant. In reliquis servetur Ritus in Vesperis explicatus.

De Matutino minus Solemni, Canonico

tantum Celebrante

Cap. VI.

In Matutino hebdomadarii Officio fungatur Canonicus, qui de mane Missam conventualem erit celebraturus. Et hoc servabitur in quocumque die Dominico, in Festis minoribus, vel a Populo observatis, vel nostrae Basilicae propriis.

Dato signo cum Campanis, ut supra Canonici habitu Canonicali pro tempore indutus erit, quemadmodum et habitu proprio duo Beneficiati, vel Clerici beneficiati, qui illi assistere debent ad faciendum, ut dicitur Canoniam.

Canonici Hebdomadarii procedens ad Chorum nullo processioni ordine servato, sedebit in primo Stallo Chori, duo Beneficiati assistentes sedebunt in secundo prope legile positus. Ceremoniaribus ante hebdomadariam in stallis Beneficiatorum proprium locum sortietur. Surgens igitur hebdomadarius

rius cum omnibus de Choro, junctis manibus seorsum dicit Patris, Ave, et sedet
 deinde incipit Dñe Sabina, in reliquis servetur idem ritus, qui expositus fuit in
 Martino Solenni, hac tantum differentia, quod alter ex supradictis
 Beneficiariis, cum dicitur tertius Psalmus cujusvis nocturni admonet
 illos, qui lectiones erunt lecturi, ut in Cap. V. Dum autem legitur Homilia, non desin-
 untur Candelabra



Absoluta 9.ª lectione per hebdomadarium a Canonico digniore legitur no-
 na lectio. Hebdomadarius interim salutans proximiores Canonicos, et ab-
 discedit, et in medio Chori facta Alari, et utrique Chori laetate et reverentia,
 procedit ad locum extra Chorum designatum, comitante Ceremoniaro,
 et Beneficiariis supradictis Pluvialia una cum ipsis sumpturum. Et antequam
 dicendus erit hymnus Te Deum. Tunc absolutus nona lectione Beneficiariis in-
 tonant hymnum in medio Chori, et illo inchoato pergunt et ipsi ad dictum locum
 Pluvialibus parandi, ut supra. Senior Canonici, qui nonam lectionem reci-
 pavit, dum intonatur hymnus Te Deum, aliquantulum se retrahit ab una par-
 te, et inclinatus, ne sit ante illos, qui intonant Hymnum Te Deum; Deinde
 factis debitis reverentiis, ad proprium locum redit. Prope finem hymni Te-
 Deum, vel dum canitur novum Responsorium, Accolyti, ad quos spectabit,
 ibunt ad locum, ubi hebdomadarius Pluviali induitur, et ibi accipient Can-
 delabra, et procedens Ceremoniarus, quem hebdomadarius medius inton-



duos Beneficiarios Paratos sequitur. Chorum ingressus juxta morem Altaris, et Choro debitis reverentis honorem reddes, postea suum locum adhibis hebdomadarius. Ministri vero coram ipso in pavimento se debinent. Accolyti deorsum hinc inde a lateribus Altaris Candelabris, cereos extinguent.

In laudibus omnia in precedenti Capitulo de Laudibus enunciata, peraguntur, ad verendum tantummodo, quod si duplicandae fuerint antiphonae, Ministri Parati eodem loco, quo praeparantur Antiphonae, Psalmos etiam interpretabunt ad Altare conversi.

Explicit Laudibus, et factis thurificationibus hebdomadarius, et Parati ordine, quo venerant ad Sacramentum redibunt. Alii autem de Choro abique ordine discedent.

De Matutino diebus Ferialibus

Cap. VII.

Quocumque die non Festivo, Officium hebdomadarii in Matutino semper peragat Beneficiarius, sive Clericus Beneficiarius.

Pulsibus igitur Ecclesiae Cantoribus, prout supra, promissum est, ney ad Chorum procedent: Hebdomadarius cum sanctissimis, et Caspae in strabus, juxta temporis exigentiam, in primo Statu sui Ordinis ex parte Chori sedebit, sicut et omnes. Postmodum surgentes omnes de Choro dicunt Patet, Ave, Credo. Mox hebdomadarius dices alia voce

Dne labias

Dñe labiaq̄ Choro respondentez, et os meum etc. Deinde sequetur Deus

Duo alii Beneficiarii, sive Clerici Beneficiarii pro tempore destinati ad Cantoriam faciendam, ante legile Canonis Invitatorium, et Psal. Veniteq̄, prout in Matutinis solemnibus. Tempore tamen Quadragesimae, Adventus, Vigiliarum, et quatuor temporum in officio de tempore, rursus sanctorum facit Cantoriam.

Finito Invitatorio isti duo Beneficiarii ad propria loca accedent, et Cantores omnia Insonatione concinent alternatim Hymnum, quos expleto hebdomadarius intonabit immediate primam antiphonam, Choro prosequente. Duo Beneficiarii praedicti ad legile redeuntes praecedent Psalium, factisque Altari genuflexionibus, ad propria loca redibunt.

Debeunt et ipsi cujuscumque Psalmi Antiphonae dignitatibus Canonicis praesentare, juxta ordinem saepius explicatum, et in eodem loco, ubi eas praesentaverint, postquam per Canonicum repetita fuerit, antiphona, conversi ad Altare intonabunt Psalium, ut in cap. VI., excepto tamen quando fit officium duplex, in quo ante legile Psalmos intonabunt.

Lectiones recitaturae etiam manebunt, servato semper ordine, ut supra. Absolutiones, et benedictiones pariter fient, ut in Matutinis solemnibus. In officio de Tenuis primam lectionem legit Clericus Beneficiarius, secundam Beneficiarius, et ultimam Canonicus.



Aboluto hymno Te Deum, quando hunc dicere contingat,
vel novo Responsorio, hebdomadarius incipit Laudes, et suc-
cesse primam Antiphonam, et duo Beneficenti ante legi-
tile intonabunt primum Psalmum, in reliquis autem Psalmis
servabitur ordo ut supra.

Ad Capitulum omnes surgent, et sic stabunt usque ad fi-
nem hymni, qui concinetur a Cantoribus. Deinde predicti Ben-
eficenti ante legile canent Versiculum, Choro respondente
ut in Breviario. Hebdomadarius intonabit Antiphonam Canti-
ci Benedicti, et Beneficenti predicti primum intonaverint
Canticum sua voce in stallo arbitrio. Chorus in fine Cantici repe-
tet Antiphonam.

Preces quatenus dicende fuerint, flexis genibus dicantur, in-
choro hebdomadario, et Choro prosequente, Pater noster dicat-
ur tantum ab eodem hebdomadario ultra vocem Choro responden-
te in fine = Sed libera nos a malo.

Postmodum hebdomadarius surgens dicat: Dominus vobis cum, et congruam
orationem. Si verum suffragium si pretermittenda non fuerint, a Cantoribus sunt di-
cenda Versiculi sunt concinendi ante legile a duobus alij Beneficenti, ad quos re-
vabit, sive ab uno, prout tempus requirit, per ipsos etiam dicatur Benedicamus Dno, et heb-
domadarius in fine dicit: Fidelium, et sic explebuntur Laudes

De Officio parvo B. Mariæ Virginis

Cap. VIII.

Officium B. Mariæ semper cantabitur in Choro, quando fit Officium de Fe-
ria, aut de Sancto simplici, omittitur autem in Vigilia Nativitatis Domini, et in
Sabbatis, quando fit Officium de S. Maria, uti etiam in Hebdomada Majori.

Matutinum B. Mariæ proponitur Matutino Diei; Hore B. Mariæ proponun-
tur Hore Officii Diei. Unde Prima B. M. dicitur post Benedicamus Dno, antequam
legatur Martirologium, et sic alternative proceditur in omnibus hore usque ad
Vesperas. Vesperæ B. M. dicuntur ante Vesperas diei. Completorium vero B. M. dicitur
absoluto Benedicamus Dno post Completorium diei.

In finem per hebdomadarium dicitur Benedicat, et custodiatur sub qua
benedictione ambo officia terminantur, cui adjuvantur Antiphonæ, Versicu-
lus, et Responsorium cum oratione pro tempore currente.

Hebdomadarius in utroque officio suo munere fungetur, qui pater-
nis Pater, Ave, Credo, absolutus, et alia voce dicat. Domine labia mea sine can-
tu. Eo modo Invitatorium cum Psalmo Unusquisque ab uno ex Cappellanis dicentur,
et a Choro respondebunt.

Hebdomadarius post Hymnum a Choro recitatum, intonabit primam
Antiphonam, tunc omnes sedent, et alternatim tres Psalmos Ferie propri-
os persequantur, quibus finitibus hebdomadarius cum omnibus de Clero
surgens dicat Versiculum Choro respondente Responsorium.



Dicta per hebdomadarium absolute, sedent omnes, et unus ex Cappellani modo consueto pergat ad legendas tres sectiones, per omnes priores ab hebdomadario Benedictionem. In fine ultime sectionis non dicitur Te Deum, sed tantum Responsorium; Quo finito surgens clemens cum aliis, ut supra hebdomadarius inchoat Laudes, et incepta prima Antiphona sedeat una cum aliis de choro, qui prosequuntur recitationes omnium Psalmorum, eodem modo, quo supra.

In fine Psalmorum hebdomadarius surgens cum omnibus, legit Capitulum, quod absolute Chorus respondet Deo gratias, et recitatio per Chorum hymno, hebdomadarius dicit Versiculum, cui Chorus respondet Responsorium, et postea hebdomadarius dicit Antiphonam Cantici Benedictus, qui dicitur a Choro. In fine Cantici hebdomadarius dicit Kyrie eleison, Gratias, et Commemorationes, et Benedicamus Domino, Choro respondente, ut in Breviario, et recedit hebdomadarius.

De Quatuor horis Canonicis

Cap. IX.

Postquam Laudes solemniter dictae fuerint, et a Choro recesserit Canonicus hebdomadarius, Beneficiatus, sive Clericus Beneficiatus, cui non officium hebdomadarii continget, promissis Secreto Patet, Ave, Credo, incipiat Primam aliam

voce, dicent. Deus in adiutorium, cui Chorus respondebit. Domine, et postea trono premonstrato a Cantoribus, cantabitur Hymnus, quo expleto hebdomadarius intonabit Antiphonam, et unus ex Cappellanis Psalmum. Tunc omnes de Choro sedebunt, et alternatim Psalmus prosequantur. Quibus expletis per Cantorem cantabitur antiphona, mox surgentibus omnibus, hebdomadarius legit capitulum. Duo Beneficiati, seu Clerici Beneficati, vel unus summus iuxta temporis exigentiam, ad quos spectabit, dicens Versiculum, et Chorus respondit, ut in Breuiario

Tunc hebdomadarius, si preces dicentes fuerint, genu flexus una cum alijs de Choro, stans vero cum pretermissis, dicit Dominus Vobiscum, cui Chorus respondeat. Ite postea dicit Gratiam Domine Deus omnipotens, et postea per Chorum dicentur Versiculi, et responsorium more consueto; Deinde legitur Martirologium ab uno ex Cappellanis; si vero Prima ob. M. dicenda sit, lectio Martirologii preponitur.

Dum legitur Martirologium omnes sedent, et dicunt Deo gratias surgunt, sic stantes quousque per hebdomadam diem fuerint relique orationes, Versiculum, cui Chorus respondebit, ut in Breuiario

Semper post Primam in Choro dicatur sine cantu Psalmus De profundis, et tres subsequentes orationes pro oratione reductione, praterquam in Natiuitate Domini, Epiphania, Ascensione, Pentecostes, et festo S. spiritus Petri, et Pauli. Cum officium non fuerit duplex post primam celebratur



tratur etiam Missa pro Defunctis, ut suo loco dicemus. Reliquae vero dicuntur non secus ac Prima

Post nonam, nisi celebrabitur Missa, omnibusque genufle-
xijs terminantur horae, dicendo secus uti Pater Noster, et voce pa-
rum per elevata: Dominus deus nobis suam pacem, et semper ser-
vabit, praeterquam tempore Paschali, et Die Dominica, in quibus
haec non erit genuflectendum.

Quando cantandae sunt Missae solemnes in Choro

Cap. X.

Regulariter Missa solemnis in Choro post Tertiam est cele-
branda, quod etiam servatur occasione Festi duplici, vel semid-
uplici. Quando autem occurrat Festum simplex, vel quando fit
de Feria, tunc post sextam celebrabitur Missa. Tempore vero Iduon-
um, Quadragesimae, et in Vigilijs, quatuor temporibus, nec non
etiam diebus Dominicis, quando facienda est Procepit Summe Eu-
charistiae, post Nonam. Similiter Missa solemnis, quatenus sit cele-
branda, ut accidit in Feria IV. de Sanctis Apostolis. Missa vero pro
Defunctis, vel sint de Anniversario, vel de Quotidianis, post Primam.
In die autem omnium Fidelium defunctorum, solemnis post Nonam
celebrari debet

De ingressu

De ingressu alicujus de Clero in Choro inchoato jam.

Officio. Cap. XI.

Si quis vel Canonicus, vel Beneficiatus, si quis alius de Clero Chorum ingrediatur inchoato Officio, vel Missa, prius in medio plani Cappelle flexis genibus, et proprio signo Crucis aliquantulum orat, quo iterato surgat, postea facta Alente per Canonicum humilissima Capiti inclinatione, per alios vero genuflexione, et salutato utroque Chori Latere, proprium statum repetat.

Si hoc evenit inchoatis jam Vespere solemnibus, tunc omnes Chorum ingrediens, servato ordine, ut supra, salutent prius hebdomadarium, post salutabunt Archipresbyterum, vel ejus Vicarium, et Canonicos ex adverso Chori Latere, mox reliquos Canonicos in latere celebrantis.

Advertendo quod hebdomadarius, si fuerit Canonicus, Canonici tamen modo salutationem reddet, de regendo Caput, si vero hebdomadarius sit Beneficiatus, tunc omnibus respondebit, de regendo caput.

Absentibus Archipresbytero, et Vicario, post salutationem celebranti prestitam, Canonici in eodem latere celebrantis stantes, prius salutandi erunt ab ingrediuntibus Chorum.

Canonici, seu Beneficiatus progrediens ad illud latere, ubi consistit Archipresbyter, antequam primum statum gradum ascendat, hunc salutet, et cum pervenerit ad proprium locum, reliquos ejusdem lateris salutabit, cui orantibus aspergant, si erit Canonici, si vero Beneficiatus, tantum Beneficiati aspergete debent.

Dum canitur Gloria Patri Chorum ingrediens, substat, et ad Alente se inclinat,



quosque ille Versiculus simplex non, sed si usqueque accidit a Musici repetitur, postquam prima vice absolutus fuerit, tunc recto ad proprium locum perget.

Nemo Chorum deambulet, dum leguntur Capitulum, sive Orationes, et similia, sed adveniens, vel recedens, sistat, donec absolvetur Oratio, vel Capitulum.

Duo simul ingredienti in Missarum solemniam, dum fit confessio in medio Chori simul quoque fiant confessiones, standibus, si fuerint Canonici, genuflexi, si fuerint Beneficiati. Unus autem eo tempore ingrediens, etiam si fuerit Canonicus genuflexus, donec absolvetur confessio, ne proprium locum petens confessionem dicentem impediatur. Deinde servato ordine, ut supra, salutabit Celebrantem, et Ministros, vel sint Canonici, vel sint Beneficiati, si fuerint prope Altare sedentes, qui caput detegant, et ingredienti salutent, modo superius prescripto.

Dum in Missis, et in Vesperis cantantur Orationes, Evangelium, Gloria in Excelsis, et Credo, Chorum ingrediens, sistat, et ad ea verba = Et incarnatus est genuflectant, vel sint Canonici, vel sint Beneficiati. Si dicatur Gloria in excelsis Adoramus te, Gratias agimus tibi Suscipe deprecationem, tunc Chorum ingressus, et versus Altare se inclinet.

Siquis Chorum ingrediatur, quando Matutini Invitatorium, Vesperarum hymnus, Canticum Magnificat, Prefatio Solemnis, et Canon Missae, ac in Hebdomada Majori Passio dicuntur, tunc postquam parumper genuflexus oraverit, surgat, et factis debitis reverentiis, proprium locum petat.

Si altare fuerint Luminas ab Archydia pro Summe Eucharistiae elevatione Chorum ingrediens genuflectant, nec surgant nisi post declarationem, et tunc reliquis surgentibus, surgant, et de novo flexo utroque genu Eucharistiam adorant, et Chorum salutantes, ad propria loca pergant.

Cardinali Chorum ingredienti, Vesperis jam inchoatis, Ceremoniarum reliquis Cardinalibus assistens, obviam ibi, usque ad ingressum Chori,
in quo

in quo Cardinalis supra pulvinum genuflexus, aliquantulum orabit,
 post ipsum pariter genuflectat Ceremoniaris, qui congruo tempore
 Cardinalem admonent, ut surgat, eoque surgente surgant omnes, et
 non orate. Celebrans si erit Canonicus profuade Cardinali se in-
 clinabit. Cardinalis vero post missa Crucis reverentia, primo Cele-
 branti, deinde Cardinalibus, et demum Canonis reddet salutatio-
 nem, postea suum locum petet, eodem consistante Ceremoniaris
 si vero Celebrans erit Episcopus, Mitram tetinens, ibidem pariter
 salutabit.

De Missa Solemni per Canonicum celebranda

Cap. XII.

In nostra Basilica omnibus diebus festis Missam celebraturus est Canonus, as-
 sistentibus pariter Canonis in ordine Diaconatus, et Subdiaconatus. Induuntur
 igitur omnes tres simul in Sacristia Paramentis coloris diei convenientis, Ceremo-
 niarius, et Accolyti Hebdomadarius: haec ministrantibus

Chorus ad Chorum progreditur ordine jam explicato in Cap. I., Chorum
 sequitur Subdiaconus, deinde Diaconus, mox Celebrans, si tamen iste Pluvia
 se deferat, melius inter illos procedat.

Accolyti candelabra deferentes cereis accensis supra Credentiam in
 Cornu Epistolae collocabunt, ibique consistent. Credentia erit cooperta lin-



teo usque ad terram indegraque pendente, supra qua erunt calix in medio cum
 Cursificatorio, hostia in Patena, palla cum velo, Bursa cum Corporali, pueri-
 num cum Missale, Epistolarium rectum. Iudeo coloris chiri convenientis,
 pelliculas cum urceoli, et monasterio, ampulle cum aqua, et vino, ve-
 lum paramenti concolor, quod humeris Subdiaconi imponetur ad suf-
 fulgiendam Patenam, Thuribulum, et incensi navicula, et die Dominica
 contra hęc super eadem credentia ponetur aquę benedictę vasculum,
 et aspersorium

Diebus festis juxta laudabilem nostrę Basilicę consuetudinem
 Diacony, et Subdiacony Eucharistico pane reficiuntur, unde su-
 per credentia adent Lixy cum duobus particulis Palla coperta,
 et alterius candidum velum, vini vasculum, et sic abstergendo
 linteamen erant preparata etiam quatuor fanalia, et ligna

Hię igitur dispositis, celebrans, et Ministri Chorum ingredi en-
 tes caput detegant, et sua birreta duobus ceremoniaris portigant,
 pro Canonicali Missa semper adfuerint. Deinde in plano cap-
 pellę prope infimum gradum Crucis profunde se inclinantes vena-
 rabuntur, et salutato utroque Chori latere ascendent primę Al-
 taris gradus, et in superiori pavimento Confessionem inchoabunt,
 Atenta loci diversitate, in quo Missę cantabunt. Si enim extra
 chorum

Chorum cantatur Missa, tunc in plano Cappellæ erit faciendus Confessio. Omnes tunc præter Canonicos genuflectant, et bini præciant Confessionem.

Interim Cantor, prout de curia festivitatis solemniter Introitum continet. Expleta confessione celebrans una cum duobus Ministris ascendet ad Altare, et ibidem osculatur, omnibus iterum in Choro retro capite sedentibus



Ceremoniarum in Cornu Epistolæ sustinens thuribulum aliquantulum apertum, incensi naviculam porrigit Diacono, qui eandem semiapertam celebranti porrigit, dicit Benedicite, eique manum osculatur, celebrans immisso thure in thuribulum, et juxta motum benedictio, accipit thuribulum a Diacono, qui rursus celebrantis manum osculatur. Thurificabit igitur celebrans Altare, prout in Vespere Cap. I. explicavimus, Diaconus a dextris, et Subdiaconus a sinistris celebrantis, dum thurificat posteriori Casule partem elevans.

Celebrans expleta thurificatione in Cornu Epistolæ thuribulum reddet Diacono, manum ipsius osculanti. Hic subdiacono stante a sinistris præmissa debita reverentia, celebrans junctas manus habentem triplici ducta thurificabit, et postea denuo salutabit.

Mox Celebrans, omnibus in Choro aspurgen sibus, eodem loco ad Altare conversus, et se Cruce signans, et sicut et omnes de Choro submissa voce legat Introitum, delato antea per Ceremoniarum Missali, assistentibus Diaconis, et Subdiacono in locum Epistolae et una cum iis alternatione dicet: Kyrie eleison, quibus expletis Celebrans, et Ministri Cruce venerati procedant ad scamnum prope Altare hinc de cuba paratum, in quo, in quo ipsi sedentibus recto capite, pariter omnes in Choro sedent, sed si extra Chorum cantabunt Missam, in scamno pro Canonicis preparato, dignior em locum habebunt, ornatum serico, et saepe stratum erit ad ipsorum pedes. Si vero Canonicorum scamno ad Altari multum haeserit, alterum scamnum est preparandum.

Celebrans inter Diaconum, et Subdiaconum sedens, manus super genua extensas teneat. Duo Ceremoniarii astent, alius prope Diaconum, alius vero prope Subdiaconum, sed extra Choram ambo prope Diaconum consistant. Omnes illorum birtaba erit ferrigere Celebranti, et Ministris, itaque recipere, eosdemque monere de capitis inclinatione, et de quibuscumque Ceremoniis proprias paragen diis. Antiquius Ceremoniarum semper astat Celebranti, et ad Altare prope librum consistit. Iam vero praesent Choro, et Ministris. Ceremoniarum ante ultimum Kyrie Celebranti, et Ministris innuat, ut aspurgant, qui birtaba Ceremoniarum tradent, et statim surgens, et iunctis manibus se vertens primo ad Coram Epistolae

postremo

postremo ulterius procedens ad cornu Evangelii Chorum salutabunt, omnibus
 tunc in Choro assurgentibus, deinde ad Altare conversus profunde Crucem vene-
 rantur. Ascendit celebrans ad Altare, et ihud in medio osculatur, Ministri vero unus
 post alium stant a tergo Celebrantis, qui insonat Hymnum = Gloria in excelsis =
 Cantoribus prosequentibus, mox Ministri se inclinantes ad Altare, ascendunt
 ad Celebrantem hinc inde, et Hymnum submissa voce cum ipso pariter pro-
 sequuntur. Postquam Celebrans dixerit secreto Hymnum, et Crucem vene-
 rati fuerint, Subdiaconus, postea Diaconus, et ultimo Celebrans descendunt
 per brevioram viam a parte Epistolae ad sedem paratam, in qua sedent
 cooperito capite, quod tamen detegunt, et inclinant dum cantatur a Choro
 ista verba = Adoramus te = Gratias agimus tibi = Suscipe deprecationem = Dñe Jesu.
 Circa finem hymni Celebrans, et Ministri, depositis biretibus, surgunt, tunc in Cho-
 ro omnibus surgentibus, eodemque ordine, ut supra diximus, ad Altare procedunt, quod
 Celebrans osculatur, et ad populum deinde conversus, stantibus Diacono, et Subdia-
 cono unus post alium in gradibus, Altaris, de more cantet = Dñe vobiscum, cui Cantores
 respondebunt, conversus tunc Celebrans ad cornu Epistolae consueto modo cantabit Gra-
 tionem, vel Gratiam.

Circa finem ultimae Gratiam, Accolytus collocet legile in medio Cappellae parimenti,
 in cornu Epistolae, Subdiaconus accipit librum Epistolarum ambabus manibus a Legemona-
 rio deferens ihum supra pectus, et facta in medio Altari reverentia, salutatur Chorum



hinc inde, et Comitante Ceremoniario porxit ad Legile, super quod librum Epistolatum collocat, et Subdiaconus cantat Epistolam, manibus supra librum positis, quam vivam celebrans submissa voce legit, assistente sibi Diacono, et cum Graduato, et Tracto, usque ad Munda cor meum, omnibus sedentibus.

Subdiaconus postquam Epistolam cantaverit, librum accipit, ut supra, et facta iterum Altari reverentia in medio una cum Ceremoniario, defert librum ad Celebrantem, cui inclinatus osculatur manum, quam super librum imponit Celebrans, et Subdiaconum benedicit; Interim per Cantores cantatur Tractus.

Subdiaconus postea librum tradit Ceremoniario, et accipit Missale cum Pulvino de Cornu Epistolae, quod defert ad Cornu Evangelii, ibi persistens, et Celebranti inserviens, ut opus fuerit. Celebrans in medio Altaris submissa voce dicit Cor meum, accedit ad legendum Evangelium, quod in fine non osculatur, postea ad medium Altaris rediens consistit, extensas manus super Altare tenens, remanente Subdiacono etiam prope Missale. Interim Diaconus in Cornu Epistolae stans, accipit librum Evangeliorum de manu Ceremoniarum, et defert ambabus manibus super pectus ad Altare, Chorum salutans ab utroque latere, cui omnes de Choro pariter surgentes, salutacionem reddent. Ultimo ad Crucem se inclinat Diaconus, et ascendit ad Altare, in cuius medio collocat librum, ita est pars agnenda respiciat cornu Evangelii.

Post haec accipit incensi naviculam a Ceremoniario thuribulum sustinente. Celebrans imponet incensum, et benedicit, servato ritu

ut supra; Deinde Diaconus reddens ceremoniaris naviculam, et ante Alta-
 ri in superiori gradu genuflexus, junctis manibus, secreto dicit: Munda cor meum, et
 accipit postea librum Evangeliorum de Altari, et aliquantulum inclinatus dicit Cele-
 branti: Iube Dñe, qui ad eum conversus dicit: Dñe sit in corde, et producit super
 eum Crucem, ipsum benedicit. Postquam Diaconus Celebranti dexteram supra li-
 brum impositam oscularis fuerit, descendit ad infimum Altaris gradum cum Sub-
 diacono, ubi facta Cruci reverentia, et Choro salutatione, precedentibus Ihu-
 rificatione, et duobus Accolytis cum candelabris accensis, et Ceremoniaris perfrat-
 rina cum eodem Subdiacono ad locum, ubi legendum erit Evangelium, Subdi-
 cano librum suffuliente, medio inter duos Accolytis tenentes candelabra,
 Diaconus in facie Altaris, ad Populum conversus dicit: Dominus Vobiscum, cui
 Cantores respondent. Dum Diaconus dicit sequentia signat librum in prin-
 cipio Evangelii, frontem, et partem, et postea per librum incensat,
 scilicet in medio, a dextris, et a sinistris, et junctis manibus prosequitur
 Evangelium; Invenim celebrans accedens ad Cornu Epistolae, ibi
 stat junctis manibus, conversa facie ad Diaconem, et omnes de Choro
 surgens.

Cum Diaconus dicit sequentia Celebrans etiam signat se, quod
 faciens omnes similiter de Choro, et cum nominatur Jesus, caput inclinans versus
 Altare, per Subdiaconum, et Accolytos, qui immobiles stabunt, neque caput inclina-



bunt

Finis Evangelio Celebrans osculatur librum a Subdiacono elevatum,
dicens: Per Evangelicof; deinde clauso libro, Subdiaconus, ad illum se in-
clinat, et librum rededit Ceremoniaro, et ad sinistram Diaconi redit,
qui per Celebrantem incensabit cum debitis reverentijs. Accolyti fini-
to Evangelio elevantes Candelabra sine mora in loco consueto. Sa-
stra ad medium Altaris pergens Celebrans, incipit Credo si dicenda
sint, stantibus post eum Diacono, et Subdiacono. Deinde ad Altare ac-
cedentibus, et cum eo prosequentibus, ut dictum est ad Gloria, et ad In-
carnatus est, genuflectant. Finis Credo ad suam sedem per brevio-
rem viam ibunt, in qua Celebrans, et Ministri sacro capite sede-
bunt. Cum autem a sanctoribus dicuntur illa verba: Et incarnatus
fuit qui stant genuflectant, in suis locis versus Altare. Sedentes vero
capites inclinent.

Poterea Diaconus surgit, et salutato Celebrante, versus creden-
tiam pergit, ut thuram a Ceremoniaro ambabus manibus accipiat
et elevatum deferat cum solitis reverentijs ad medium Altaris, in quo
explicat Corporale, quo facto revertuntur ad proprium locum.

Circa finem Symboli Celebrans, et Ministri surgent, una cum omnibus de Choro
et accedunt ad Altare, quod Celebrans in medio osculatur, stantibus Diacono, et
Subdiacono uno post alterum, et facie ad populum conversa, dicit Dominus verbis:
cum

scum, et postmodum ad Altare conversus, dicit. Oramus-

Inde Diaconus facta prius debita reverentia ad Altare, in Cornu Epistolae, subdiaconus vero ad Credentiam accedunt, hinc velum superimponitur, cuius fimbriam sinistram e parte pendente sinistram manu tenent, ut Calicem cum Patena, et hostiam cooperitum Palla, e manu Ceremoniarum accipiant, et dextera alteram Veli fimbriam tenens Calicem superimponat. Accedit igitur committente Ceremoniarum, qui parvam Pixidem cum pisticulis eleferat, quatenus Diaconus, et subdiaconus sint comunicandi, ad Diaconum, qui Calicem discooperit, et Panem cum hostia Celebranti offert, ipsius dextram osculando; Diaconus discooperit Pixidem, et aliquantulum elevat, ac statim reponit super Altare, et cooperit. Celebrans ambabus manibus accipiens Patenam cum hostia elevatam tenet, et facto Crucis signo super Corporale, in eodem deponit hostiam.



Interim Accolytus ampullas super Altare e latere Epistolae ponit, subdiaconus abstergit Calicem purificatione, Diaconus accepta ampulla vini de manu subdiaconi infundit vinum in Calicem, et subdiaconus stupa pallam aquae ostendit Celebranti dicens = Benedicite? Celebrans eam Crucis signo benedicit, et recitat orationem = Deus qui humanis? Interim subdiaconus infundit paulum aquae in Calicem, quem abstergit purificatione, Diaconus dat eam celebranti, et pedem Calicis sustinens, simul cum eo dicit = Oramus, qua oratione dicta Celebrans facit signum Crucis cum Calice super Corporale, et ipsum in medio post hostiam collocat, et Diaconus palla cooperit Calicem.

Subdiaconi deinde stant in cornu Epistolę ponet Diaconus in manu Patenam
 quum Ceremoniarum cooperit Extremi rate Veli ab eius humero dextro pendens, et
 tunc Subdiaconus pergit ante medium altaris, ut sistat in plano cappelle, vel in pla-
 no superiori (si sit in Choro), et facta Cruci reverentia, ibi stat iussu Patenam
 elevatum usque ad finem Oratoris Dominicę.

Dico Veni Sanctificans. Celebrans ministrante Diacono, ut supra narra-
 tam, et dicente = Benedicite Patens ponit incensum in thuribulum dicit = Per intercessio-
 nem. Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi, nullam tunc faciens Cruci re-
 verentiam incensat Oblata, et ducens thuribulum super Calicem, et hostiam, sili-
 cet ab a dextera ad sinistram, et semel a sinistra ad dexteram, Diaconus interim
 pedem calicis tenente manu dextra, et sinistra elevante Planetam, celebrans
 dispensat verba in qualibet incensatione hoc modo = In prima = Incensum
 istud = in 2^a = A te benedictum = In 3^a = ascendat ad te Domine = in 4^a = Et de-
 scendat super nos = in 5^a, et 6^a = Misericordia tua = Ceremoniarum tunc amovet
 ut Missale, quod terminata incensatione, de quo super Altare deponet.
 Deinde facta reverentia incensat Crucem, et Oblata eodem modo, quo
 in Vesperis dictum est, assistente semper Diacono, qui cum Celebrans Cru-
 cem incensat, movebit Calicem ad partem Epistolę, quem incensata Cru-
 ces. Senno in loco suo reponet.

Dum Celebrans incensat Crucem inchoabit illa verba = Dirigatur Domine
 et cum incensat Altare ita distribuet illa, ut cum una incensatione
 terminetur. Cum vero Celebrans reddidit thuribulum Diacono, sicut =
 Accendat in nobis, et in cornu Epistolę incensatur ab eo cum debitis
 reverentiis ante, et post incensationem

Deinde

Deinde Diaconus, comitante Ceremoniario, facta Cruci reve-
 rentia descendit ad Chorum, ut Canonicos incenset, omnes tunc surgens.
 finita incensatione redit ad Altare, ubi obsecrabit Subdiaconum Patenam
 onentem, mox reddens charitativum Ceremoniario, vadit ad Secundum Altaris
 gradum, et ad Crucem inclinatus, ab eodem Ceremoniario incensabitur, a quo
 Beneficenti, omnesque de Choro pariter incensabuntur; et ultimo Popu-
 lum, ut dictum est in Vespis.



Celebrans postquam incensatus fuerit, ut supra, in eodem loco lavat manus
 ministrantibus aquam benedictam, mox vadit ad medium Altaris, et dicta Ora-
 tione = Suscipe Sancte, versans se ad Populum dicit = Gratias agimus tibi, cui subdia-
 conus respondet de more. Mox dictis Orationibus, Celebrans cantabit tono gravi,
 et solemniter Prefationem festivitatis propriam, stans ubi Diacono, et Subdia-
 cono retro positis Celebrantem, et eodem tempore omnibus de Choro surgentibus. Si
 autem incensatio Canonorum absoluta sit, antequam incedatur Prefatio, tunc Cano-
 nici possunt sedere, non attenda Beneficentiarum incensatione

Paulo antequam dicatur Sanctus, recedit Diaconus ad Altare a dextris Celebran-
 tis, ubi cum illo dicit Sanctus, et que sequuntur usque ad Canonem, quod etiam
 dicent alii de Choro bini, aliquantulum inclinatis iunctis manibus. Deinde Diaconus
 accedit ad sinistram Celebrantis, et aperit dum legit Canonem, versando folia
 Missalis, et indices que sunt dicenda

Interim a Subaerista accendantur quatuor intorticia, deferenda a totidem Accolytis, qui factis debitis reverentiis, genuflectent cum debita distantia in inferiori gradu ante Altare, omnibus de Choro genuflectentibus.

Cum autem Celebrans dicit: *quam oblationem* Diaconus accedet ad eius dexteram et ibi ante eum Pixidem, quam ut supra dictum est, Ceremoniarius detulit (si facienda sit Communio) discooperit, et collocat ante hostiam ante Consecrationem, et deposita hostia post elevationem, facta cum Celebrante genuflexione, Pixidem cooperit, et collocat in pristino loco. Diaconus igitur genuflexus in superiori gradu Altaris cum Sacramento elevatur, fimbriam Planctus elevat, et erigens se calicem discooperit, et cooperit, quando opus est, et cum Celebrante genuflectit, Subdiaconus vero genuflectit in suo loco. Ceremoniarius genuflexus in cornu Epistolae ter incensat hostiam, et similiter Calicem cum elevatur,posito incenso in thuribulum sine benedictione.

Deposito calice Diaconus redit ad librum, facta ibi genuflexione. Ceteri de Choro surgunt, et stant in suis locis. Accolyti deponentes intorticia, que extinguuntur, ad sua loca redibunt.

Prosequente Celebrante Canonem, per Cantores cantabitur Motettum, vel Organum pulsabitur. Cum Celebrans dicit: *Per quem omnia* Diaconus facta genuflexione accedit ad dexteram Celebrantis, et discooperiat, et cooperiat Calicem, quando opus est.

Cum dicitur *Pater noster* idem Diaconus vadit retro post Celebrantem, facta primum genuflexione, ibique stat, donec dicatur: *et climite nobis*. Max Diaconus, et Subdiaconus facta insimul genuflexione vadent ad dexteram Celebrantis, Subdiaconus porrigit pateram Diacono, qui eam prius discooperiat, Ceremoniarius vero aufert velum pendens ex humero Subdiaconi, qui revertetur ad infimum gradum Altaris ibique facit

et genuflectione subibit. Diaconus accipit Patenam purificationis, et Celebranti tradit, ipsius dexteram osculando, qui et patena prius se ipsum signat, et eam deinde supponit sacre hostie.

Cum dicitur Pax Domini, iterum Subdiaconus genuflectens accedit ad sinistram Celebrantis, et post missam iterum genuflectens, simul cum Celebrante, et Diacono dicit Agnus Dei, deinde facta ibidem genuflectione vadit post Celebrantem, Diaconus vero a dextris genuflexus, explet pacem, et cum Celebranti osculatur Altare, ipse se erigens simul osculatur: huc extra Corporale. Tunc Celebrans dicens Pax vobis, accipitur Diaconum, et sinistris genibus sibi appropinquatur invicem, et Diaconus respondet: Et cum spiritu tuo. Postea iterum Summo Sacramento adorato, Diaconus vertit se ad Subdiaconum, qui stat post Celebrantem, et similiter ei pacem dat, et ad sinistram Celebrantis pergit, facta genuflectione.

Subdiaconus accepta Pace a Diacono, et facta Altari genuflectione simul cum Ceremoniaris vadit ad Chorum, et prius Archipresbytero, si aderit, dabit pacem eodem modo, quo ut supra, deinde Vicario, vel digniori Canonico, nulla prorsus facta reverentia, sed postquam dederit pacem se inclinans, et ad aliam partem Chori se transferens, digniori Canonico pariter dat pacem, postea revertitur ad Altare, quod debite more veneratur in plano, ubi dat pacem Ceremoniaris, qui ipsum comitatus fuerat. Tunc Ceremoniaris alij de Choro, eodem modo dat pacem. Subdiaconus interim ascendit ad dexteram Celebrantis, et quantum opus



est discooperit Calicem, facta simul cum eo genuflexione, antequam Simus Sanguinem sumat Celebrans, et dum isde se communicat, stant Diaconus, et Subdiaconus profunde inclinati versus Altare.

Si Diaconus, et Subdiaconus communicandi fuerint, duo Accolyti deferunt intortitias, et genuflectant in intimo Altaris gradu, servantes eas, que facta fuerunt in elevatione. Tunc Diaconus, sumpto per Celebrantem Sanguine, cooperit Calicem, et discooperit Pixidem, factis genuflexionibus, Diaconus, et Subdiaconus descendunt in primum Altaris gradum, ibique genuflectunt, et duo Accolyti tenebunt velum extensum ante eos.

Interim Celebrans prius genuflexus, accipit de Pixide Particulam, et verborum se dicit tantum: Ecce Agnus Dei, et dicit per Diaconum, et Subdiaconum: Domine non sum dignus, Celebrans eos communicat solito ritu, et Cereemoniarius in Cornu Epistolę stans cum Vase, dabit eisdem purificationem.

Mox sedentibus omnibus de Choro, Diaconus redibit ad Cornu Evangelii, et Subdiaconus ad dexteram Celebrantis, qui accepta ampulla vini in Calicem infundet, et Celebrans purificat se more solito.

Sumpta per Celebrantem purificatione, Diaconus deferat Missale ad Cornu Epistolę, Subdiaconus vero vadit ad Cornu Evangelii, adveniens ut cedat Superiorem gradum Diacono transeunti. Subdiaconus dicit enim Calicem mundat, et operat cum Purificatorio, Basena, et Balneo cooperis, plicat Corporale, quod in Bursa reponit, hancque super Calicem ponit, moxque ad Cornu Epistolę se transferens porriget Cereemoniario, qui

qui omnia collocabit super Credentia, et redit ad locum suum retro
 post Diaconum, qui etiam post Celebrantem silet, postquam Missale detu-
 lenis. Celebrans dicto post communio, se vertens ad Populum dicit - Dñy vobis-
 cum, deinde ad Missale accedit, et dicat orationes, quibus dicitur ad medium
 Altaris se confert, quod osculatur, et iterum ad populum se vertens dicit Dñy
 Vobiscum. Diaconus eodem tempore se inclinat versus Altare, inde ad Popu-
 lam, et cantat Ita Missa est, organo modulante. Quo facto de novo ad Altare
 se vertunt Diaconus, et Celebrans, qui dicit secreto. Placeat Diaconus vero, et
 subdiaconus supra primum Altaris gradum stantes se inclinans. Tunc cele-
 brans priusquam benedicat Populum salutabit Archipresbyterum, et mox bene-
 dicit populum de more. Subdiaconus Altari se appropinquat, ut celebranti
 Evangelium lecturo assistat; et Diaconus remaneat in loco suo.

Post lectionem Evangelii Diaconus descendit ad planum Cappelle, sicut et
 subdiaconus: Celebrans se ad medium Altaris confert, ibique se inclinat, mox
 et ipse descendit, et medius inter Ministros in plano Chori cum ipsis incli-
 natus, Crucem veneratur, et Chorum salutans, modo solito ad Sacranium reverti-
 tur

Omnibus diebus Dominicis Canonicus Missam celebraturus induitur
 Pluviali coloris congrui, et e Sacranio procedens inter Diaconum, et
 Subdiaconum post Clerum de more ut supra in infimo Altaris gradu



una cum Ministris genuflectat, Asperzonium a Ceremoniaro traditum, Diaconi celebranti dextera exhibeat, sicut et librum. Tunc celebrans genuflexus per aspergia Altare, deinde se ipsum in medio frontis, dicens, Aspergens me, vel veli aquam pro qualitate temporis, postea erectus, ministros genuflectos.

Cantores interim cantant antiphonam una cum primo versiculo Psalmi Miserere, vel Confitemini Dno. Celebrans sinistram pectori apponens circum Chororum cum Diacono, et subdiacono fimbrias Pluvialis anterioris elevatis, et aspergat prius Canonicos in eo Chori latere, quo inchoatur officium, mox reliquos Canonicos in latere adverso, et ibidem beneficiatos, deinde ad alterum Chori latere pergens, asperget beneficiatos, et clericos beneficiatos, deinceps Seminarii Alumnos, postmodum in adverso latere Cappellanos, ac tandem Populum. Ceremoniarus semper adstat, ut interiores vestis fimbrias elevet, dum Celebrans gradus Altaris, et Stali ascendit.

Si Canonicus, vel quis ex Clero ingrediatur hoc tempore sistet, et Celebrans asperget ubicumque ipsi occurret. Dum Cantores dicunt Gloria Patri Celebrans sistet, et se inclinabit, sicut et omnes. Circa finem predictos Antiphonae Accolytus collocat Leyile in superiori pavimento Altaris, et super illud secundum Ceremoniarum ponit librum ad orationem a Celebrante cantandam. Finis per celebrantem aspersione, et per Cantores Antiphona, Celebrans revertitur ad Altare, et stans ante Leyile manibus junctis medius inter Diaconum, et subdiaconum dicit tono consueto: Orate de nobis, cui Cantores respondent; Deinde

omoto legile, Celebranti Pluviale auferent Ministris, dum Accolyti defe-
runt Planetam, et Manipulum, quod Subdiaconus osculatur, sicut et ce-
lebrantis manum, dum ipsius sinistro brachio exponit.

De Missa Episcopo celebrante

Cap. XIII.

Distincte diximus in preced. Cap. quae sint peragenda in Missa, quae per Canonicos
celebratur, nunc ad Missam per Episcopum celebrandam spectantia inspiciemus.

Celebrante igitur Missam Epō, in credentia ultra ea, quae supra diximus imponun-
tur simplex Mitra, Stemmiale, facula accensa, sex funalia, ac in superiori Chori plan-
tie ad Epistolae laeque collocatur Faldistorium. Extra Chorum vero ponantur in Cappel-
lo pavimento supra Pradellam coopertam tapete e populi prospectu



Paratur Epus in sacratio, sed prius duo Conatores in ordine Diaconatus, et Subdi-
aconatus Indumentis festivis propriis, atque Manipulis erant parandi, qui
accedentes ad Epum Rocheto indutum, et insidentem faldistorio, vel subelio,
ornato tamen sericis Indumentis non dissimilibus secundo capite hinc inde ab Epō
sistent, et Accolytus sustinebit librum, cuius paginas prout opus fuerit Diacon-
atus revolvat

Epus incipit Antiphonam Ne reminiscaris et Psalmos consuetos, quibus
Diaconus, et Subdiaconus respondebunt alternatim. Interim Epus cuticuloni-
bus calcens Epum Sandalium. Quibus Epus dicit Gloria Patri, Cappellanus Epus

post ipsum stans, tollit biretum, et Ministri caput inclinent.

Lectus Psalmi Episcopus surgit, et recitat orationes, deinde sedens dicit alias orationes, quae de more dicuntur, quando Sacramenti Sacris induitur. Quibus peractis, abluis manus, ministrantibus Diacono, et Subdiacono manubergium extensum super genua Episcopi, et Cappellanus familiaris genuflexus aquam ad lavandas manus infundit.

Postmodum surgens Episcopus per Diaconum, et Subdiaconum induitur Sacris Sacramenti, supra mensam prius dispositis, et unicoloris velo sectis, quorum singula deferant Accolyti ordine infrascripto, videlicet Amictum, Albam, Cingulum, Crucem pectoralem, Sotam, Thunicellam, et Dalmaticam, Chirobeas, Planetam, et Mirram pretiosam, et Annulum.

Episcopo Sacris paramenti parato, et sedenti Canonici hebdomadarius Pluviali indutus imponit anulum in digito anulari dexterae manus, quam prius osculatur, et post haec Diaconus, et Subdiaconus capiunt suorum manipulos. Deinde Canonici Presbyter assistens Pluviali indutus narviculam accipit, et Ceteros oriales Thurbulum, ut Episcopus incensum imponat in Thurbulum asperit more benedicendum, prout in Vesperis.

In Processione procedat Clerus iuxta ordinem, quem diximus in Cap. II. sequitur Subdiaconus supra petram deferens Evangelicorum Librum, in quo Episcopi Manipulus includitur; Deinde Episcopus melius inter Presbyterum assistentem a dextris, et Diaconum a sinistris incedet, et eorum sequitur Accoly-
tus

bus Mitram deferens. Epus cum ante Altare sine Eucharistie potuerit in-
 pra Pulvinum genu flecto Diaconus Mitram auferet, ut sicut Eucharistia
 adoret, omnesque cum ipso genu flectunt. Resumpta mox Mitra Epus sequi-
 tur Processionem versus Chorum, ubi ad infimum Altaris gradum perveniens
 deponit iterum Mitram, et Crucem veneratur. Mox utrumque Chori latera salutata
 una cum Ministris. Subdiaconus librum Ceremoniarum tradet, et a dexteri Dia-
 cono sistet, ut sit prope Diaconum, sed paulum retro. Epus vero habens a dex-
 tri Presbyterum assistentem, et a sinistri Diaconum, una cum illis facit Con-
 fessionem iunctis manibus. Intus cessat sonitus Organorum, et per Cantores
 solemniter inchoatur Introitus.

Antequam Epus dicat Indulgentiam, et remissionem Subdiaconus caput mani-
 pulum, qui fuerit inclusus in libro Evangeliorum, et illum applicet sinistro Epus
 brachio cum osculis manuum, et manipuli, quem Ceremoniarum postea in pa-
 cubitum stricte religabit.

Finita confessione Presbyter assistens se confert ad sinistram latera, Diaconus
 vero ad dextrum, inter quos elevandis vestis fimbriis ascendit. Epus ad Altare
 se dicens intromittit, ubi vero ascenderit, ad illa verba Quorum Reli-
 quias ponitis hinc inde super Altare manibus, illud osculatur. Mox sese
 vertens ad sinistram osculatur librum Evangeliorum, quem apertum defert Subdiaconus
 adjuvante Presbytero assistente, qui deinde tradit eundem Ceremoniarum.



Inde accedit Ceremoniarium cum Thuribulo, et navicula, quam ponit Diacono, et ille Ep̄o, qui imponit, et benedicit Thuy more solito, et accepto thuribulo de manu Diaconi, thurificat Altare, assistentibus hinc inde Diacono, et Subdiacono.

Explata thurificatione Ep̄us reddidit thuribulum Diacono, et Mitram pretiosam accipit a Ceremoniarario, et stans in Cornu Epistolę manibus junctis incensatur a Diacono, tunc omnes in Choro surgunt. Deinde facta Altari reverentia medius inter Diaconum, et Subdiaconum, Minis trande Presbytero assistente facultam, et Accolyto Missale, dicit submissa voce Intra itum, deinde cum supradictis Ministris dicit alternatim Kyrie. Quibus expletis rursus sedes, et omnes de Choro, resumpta Mitra, et Eremiale per manus Diaconi. Tunc Diaconus, et Subdiaconus, et Presbyter assistens, salutantes Ep̄um pergunt ad consecratum scannum prope Altare, si celebretur in Choro, si extra Chorum, in eodem Canonico scanno, ita ut dignior locus Presbytero, postea Diacono, et ultimus Subdiacono contingat. Ceremoniariorum alii prope Ep̄um, alii vero prope ministros assistat.

Circa finem Kyrie, quod a Choro cantatur, Diaconus, et Subdiaconus, et Presbyter assistens accedentes ad Episcopum salutant Chorum primo a parte Ep̄tę deinde ab alia parte, quos omnes de Choro pariter surgentes salutabunt, et cum proxime pervenerint ad Ep̄um, similiter ad illum se inclinabunt.

Finis a Cantoribus ultimo Kyrie Diaconus auferet Eremiale, et Mitram Ep̄o, qui una cum omnibus surgit, et conversus ad Altare, stantibus Diacono, et Subdia-

et Subdiacono post ipsum intonat Hymnum Gloria in Excelsis quem submissa voce cum Ministris prosequitur, sicut et omnes de Choro sine simul faciunt. Finito Hymno Episcopus sedet, reasumpta mitra simplici, et Eremiale, sic permansurus usquequo per Cantores perficiatur Hymnus, Ministri vero profunde faciunt reverentiam, ad sua loca recedant.

Antequam per Cantores expletus sit Hymnus, Ministri revertantur ad Episcopum, qui depositis ut supra Eremiale, et Mitra, conversus ad Populum canat = Pax vobis omnibus Ministris ut supra, cui Cantores respondent. Deinde conversus ad Altare orationem pariter cantat, ministrante semper Presbytero asistente candelam, et Acolyto librum sustinente quodcumque Episcopus legit.

Subdiaconus inde accipiens librum a Ceremoniaro, qui ipsum committitur a sinistris, defert illud supra pectus, factisque debitis reverentiis Altari, et Choro, tenens ipsum met librum, vadit ad partem Epistolae in facie Altaris, cantabit Epistolam, postquam Episcopus orationem compleverit, qui sedens, sicut et omnes, accipit Mitram, et Eremiale, Presbyter asistens, et Diaconus facta de more Episcopi reverentia vadunt ad sua loca.

Subdiaconus postquam cantaverit Epistolam, factisque debitis reverentiis defert librum eodem modo, quo supra, et Episcopo claudum inclinatus porrigit, super ejus genibus ponens. Tunc Episcopus manum dextram super libro apponit, quam revertere dicitur Subdiaconus, et accepta ab Episcopo benedictione, librum Ceremoniaro reddit, et



et ab eodem accipit Missale, quod sustinet apertum, ut Epus sedens submissa
 voce legat Epistolam, et Evangelium; Presbyter vero assistens accedit ad
 Epum, et inseruit ibi de candelis

Leita igitur Epistola Epus dicat *Munda cor meum* manibus junctis, mox
 librum, et semetipsum signans legis Evangelium, et per Cantores organo mo-
 dulante canitur Graduale, sive Tractus. Absoluta per Epum lectione Evan-
 gelii, si non sit absolutus cantus, possunt hi duo Ministri perire loca sua,
 alias si esset in fine cantus, ibi expectabunt prope Epum

Cum cantatur ultimus versus gradualis, sive Tractus, seu Alleluia, Diaconus
 sumpto libro Evangeliorum, factisque reverentijs Choro, prius e latere
 Epistolae, postea Epus, deinde ab altero chori latere, librum clausum de-
 fert ad Altare, prius se inclinans in infimo illius gradu, tum ascendit, et collo-
 cat in medio altaris, de novo facta Altari reverentia, vadit ad Epum, cuius manum
 osculatur, et mox revertitur ad Altare, in cuius inferiori gradu genuflexus, dicit
Munda cor meum. Interim accedit ad Epum Accolytus cum Turbulo, et navicula
 quam Presbyter assistens porrigit Epus, qui imponit, et benedictis incensum. Tunc
 Accolytus accipiens naviculam de manu assistentis, ante Epum sistit inter duos Ac-
 colytos Conferarios, qui eodem tempore illuc accedere debeant, ibi simul permorsuri,
 donec sit cantandum Evangelium. Interim Diaconus ad Altare ascendit, et accipit
 librum, quem porrat ante presbiterum, factaque Altari reverentia accedit ad Epum

a quo

a quo inclinatur petit benedictionem, dicens Inbe Dno cui Epus respondet Dny sit
 in corde tuo, et facit super eum signum Crucis. Tunc Diaconus facta Epō reveren-
 tia, una cum Subdiacono, et alijs, qui cum eo sunt, cum eis dem procedit ad Evan-
 gelium cantandum hoc ordine. Presbyter aspiciens remanet prope Epum; pre-
 cedit Ceremoniarium, mox thuriferarius cum thuribulo, et navicula, quem sequuntur
 duo Ceroferrarii cum candelabris accensis; deinde subdiaconus manibus junctis
 ultimo Diaconus librum Evangeliorum clausum ante pectus portans, et transeun-
 tes ante Altare faciunt illi reverentiam, mox salutant Chorum ex utraque parte
 iuxta solidum, cum pervenerint ad locum, ubi solet Evangelium cantari, subdiaconus
 medius inter duos Ceroferrarios tenet librum Evangeliorum ante pectus,
 quem Ceremoniarium aperit, indicans Diaconus Evangelium, quod est cantandum.
 Subdiaconus deo et se convertere parumper ad partem dexteram, que pro Aquilone figuratur



Diaconus junctis manibus ante pectus incipit Evangelium, et cum dicit Dny
 vobiscum, Epus, cui Sermonialis, et Mirram auferet Ceremoniarium, surgit, sur-
 gen tibus omnibus, et stat versus Diaconum cantantem. Prope Epum, sed ali-
 quandulum retro stabit Presbyter aspiciens. Cum Diaconus dicit Inidum, vel Se-
 quenti signat librum, ubi est Textus Evangelii, deinde seipsum in fronte,
 ore, et pectore, sicut et Epus, et omnes alii de Choro.

Cum respondetur a Choro Gloria tibi Dne Ceremoniarium accipit thur-
 ribulo illud offert Diacono, qui librum solito more thurificat, et reddens

thuribulum Ceremoniaro, manibus junctis prosequitur Evangelium, cum profert Iesu, et Marię nomina inclinatur se, sicut et omnes, Subdiaconus autem, et Ceremoniaro stant velut immobiles.

Finis Evangelio Subdiaconus nulla facta reverentia porrigit librum apertum, ubi est principium Evangelii, et istud osculandum offert Episcopo, nulla ei facta reverentia, cui postea clauso libro se inclinatur, et post Episcopum recedit. Diaconus vero accepto thuribulo stans, ubi Evangelium canaverit, triplici ductu incensur Episcopum, ad quem et ipse postea accedit. Deinde conversus Episcopus ad Altare, ministrantibus Presbytero assistente candelam, et Accolyto librum cum Ministris hinc inde innotabilis alta voce Symbolum Credo, quod submissa voce prosequitur cum eisdem, sicut et omnes de Choro.

Acto versiculo Et incarnatus est Episcopus genuflectit una cum omnibus de Choro. Finis versiculo surgit, et absoluto Symbolo sedet Episcopus accipiens Mirram, et Incensum a Diacono, et omnes cum eo Ministri facta Episcopo reverentia petunt loca sua. Dum Versiculus supradictus Et incarnatus canatur a Cantoribus, omnes de Choro sedentes capite delecto, et Episcopus cum Mirra profunde se inclinatur versus Altare, alii vero, qui non sunt sedentes genuflectant, donec perficiatur dictus versiculus. Diaconus mox surgit, et salutaribus Presbytero assistente, et Subdiacono, vadit ad Credentiam, ubi accipit Burrum de manu Ceremoniaro

niaria, in qua includitur Corporale, eamque porat ambabus manibus elevatam usque ad oculos, dum decenti gressu, et debitis reverentiis ad Chorum, et Altare, ad quod ascendit e Bursa exhalat Corporale, et explicatum ponat super Altare in medio, Bursam vero seorsim in eodem Altari ebove Evangelii collocat, et statim redit ad locum suum, antequam sedeat salutet iterum Presbyterum assistentem, et Subdiaconum.

Circa finem Symboli surgunt Ministri, factisque Choro reverentiis, accedunt ad Epum, ad quem profunde se inclinant, absoluto Symbolo a Cantoribus surgit Epus, deponit ut supra gremiale, et Mitras, et cum eo omnes de Choro Epus versus ad Populum canit Dñy Vobiscum, Diaconus, et Subdiaconus idem demerunt post alterum, et assistens Candelam sustinet, postea conversus ad Altare, eodem tono canit. Brenus = Legit mox offertorium submissa voce, Diaconus, et Subdiacono hinc inde assistentibus.

Secundo Offertorio Epus sedet, sedentibus omnibus, et accipit Mitram pretiosam, deponitque anulum, et Chirothecas per manus Diaconi, et Subdiaconi, et accedente aliquo familiari Cappellano genuflexo, lavat manus, et surgit, praebentibus Mappam Diacono, et Subdiacono, cuius manibus reasumit anulum a Diacono.

Interim Presbyter assistens accipiens Missale cum pulvino de manu Ceremoniarum simul cum ipso factis debitis reverentiis Choro, et Epō, et Altari, ad quod Ascendit, super ipsum collocat librum apertum e latere Evangelii, ibique expectat Epum, qui comitante Diacono a Sinistris



et salutato Choro, omnibus tunc assurgentibus, et subsequente Accolyto procedit ad
 Altare, in cuius inferiori gradu Mirram deponit suprad. Accolyto tradendum, et
 facta Cruci reverentia ascendit ad Altare, quod elevante fimbria Ceremoniaro
 in medio osculatur. Subdiaconus eodem tempore, quo Epus ad Altare procedet, ad
 Credentiam pergit, cui Ceremoniarus velum supra humeros imponit, ita ut lon-
 gius pendeat a parte dextra, deinde ei tradit Calicem, et hostiam supra patenam
 palla cooperitam, quae omnia sinistra tenet, Subdiaconus superimponit velum par-
 te longiori, et dextra supra ipsum velum, et calicem leviter apponens ad Alta-
 re procedit, comitante Ceremoniaro, qui portat Pixidem cum Partibus post
 Diacono, et Subdiacono, eamque Diaconus preparat in Altari ante Crucem, ita
 tamen, ut non impediatur thurificationem altaris. Mox ad cornu Epus se confert
 Subdiaconus, ibi ponit Calicem a Ceremoniaro discooperiendum. Accolytus vini,
 et aquae Urceolos deferens, ipsos super Altare pariter in Cornu Epistolae imponit.
 Diaconus tunc caput de manu Subdiaconi Patenam cum hostia, quam Epus percipit, ma-
 num ipsius osculando; Epus eam ambabus manibus accipit de more, et dicit Su-
 scipos Diaconus vero discooperit Pixidem palla cooperitam, et aliquantulum
 elevat, et statim reponit super Altare, et cooperit, et cum Epus profert verba
 consecrationis, Diaconus Pixidem derigit, eamdemque facta consecratione
 cooperit. Deinde vinum infundit in Calicem, Subdiaconus interim Urce-
 lum aquae parum per versus Epum elevans, dicit = Benedicite Omne Sacer = Epus
 vero facto signo Crucis, dum illi infundit aquam dicit orationem = Deus qui hu-
 manis subtrahit. Deinde Diaconus remota Pixide percipit Epus Calicem, quem sicut
 ad dexteram

et dexteram Ep^{is} osculatur: ambabus manibus Calicem et ipse recipit, et offert
 simul cum Diacono suscinende pedem calicij, et simulcum eo dicente oratio-
 nem Offerimus, qua dicta Ep^{is} faciens cum calice signum Crucis super Corporale,
 ibi ponit Calicem, quem Diaconus palla cooperit. Tunc idem Diaconus cupiens Pa-
 nam ponit illam in dextera Subdiaconi, quam Ceremoniarum extremitate veli ab
 eadem parte pendentis contegit. Subdiaconus descendit ad Cappelle parvimentum post
 Ep^{is}, et Diaconum spatio congruente ubi sistit, Padam aliquantulum elevatam
 sustinenti.

Postquam dixerit Ep^{is}, prout in Missali Gratias, Ministrante Diacono novici-
 lam, et Ceremoniarum thuribulum, in eodem ponit incensum dicendo. Pur interceptione
 ut jam diximus in precedenti capite, et accipiens thuribulum de manu Diaconi, thurificat
 oblata, et altare juxta formam traditam, elevante Diacono Planetam. Presbyter
 autem assistens, dum Ep^{is} incensat Latus Evangelii, pulverium, et Missale amovet de
 Altari, et reponit quando ep^{is} est.

Thurificato Altari redet thuribulum Diacono in cornu Epistole dicens. Ascendens
 et accepta Mirra preciosa per manus Ceremoniarum ibi stabis. Inde Diaconus de ju-
 dicio ad Cappelle parvimentum e latere Epistole, et triplici ductu Ep^{is} thurificat, qui
 statim lavat manus more solito, dicens = Lavabo Ministrante Raynam Presbytero
 assistente. Diaconus post ea thurificat Canonicos, ut diximus in precedenti capite.
 Mox redens ad Altare in plano sistens thurificat Presbyterum assistentem, mox Subdia-



eorum, et ipse postea ad proprium locum ante Subdiaconum pergens, ibi benedicitur ab uno ex Ceremoniaris, qui deinde prosequitur incensationem Beneficiarium, et ceterorum de Choro.

Postquam Epus abtorserit manus miseratur ei Mitra a Ceremoniaris, quam Accolytus deferret ad Credentiam, et ipse Epus rediens ad medium Altaris dicit Orationem Iusque usque ad Prefationem, ut in Missali. Absoluto per Cantorem offerentis Epus cantat Prefationem Festivitate propriam, stantibus Diacono, et Subdiacono post eum ordine consueto, Presbytero vero assistente pro Missali. Finita Prefatione Cantores prosequuntur cantum usque ad Benedictum. Tunc Diaconus ascendit ad Epi dexteram, qui dicit Sanctus aliquantulum inclinatus, sicut et Diaconus, et Presbyter assistens, et donec similiter omnes de Choro se inclinabunt idem dicentes.

Dum Epus incipit Canonem Diaconus redit post eum ad proprium locum interim accenduntur a Sacrista sex intorticia, quae a totidem Accolytis cum debitis reverentijs deferuntur. Genuflectant isti in inferiori gradu Altaris si Missa celebretur in Choro, si vero extra Chorum in plano Cappellae. Tunc omnes de Choro genuflectant, praeter Presbyterum assistentem, Diaconum, et Subdiaconum, qui una cum Epō tantum genuflectunt. Cum autem Epus dixerit Iteam Oblationem, Diaconus accedit ad eius dexteram, ut discorporias Calicem. Cum Epus super eum signat, et cum Simili Sacramentum elevatur, genuflectens sublevis extremitatem Planctus Epi, et servantur omnia in precedenti cap. exposita

Interim Cereemoniarus imponit thuribulum absque benedictione, et in inferiori gradu consistit e latere Ep̄tē, ut dum S̄m̄a Eucharistia elevatur genuflexus triplici ductu thurificet. Cantores silens, organum vero cum gravitate pulsandum est.

Post elevationem S̄m̄i Sacramenti Chorus proseguitur Cantum, scilicet Benedictus, vel aliquod motetum in laudem S̄m̄i Sacramenti. Accolyti intorticia deferentes surgunt, et factis debitis reverentiis ordinatim discedunt, omnes de Choro pariter surgunt, et Diaconus ad locum suum post celebrantem redit.

Cum vero Ep̄s dicit Per quem, rursus accedit Diaconus ad discooperiendum et cooperiendum Calicem, adorato prius S̄mo Sacramento, itaque manebit usque ad Orationis Dominicę initium, qua incępta denuo S̄m̄us Sacramentum adorat, et revertitur ad locum suum post Ep̄m.

Cum dicitur Et dimitte nobis Diaconus, et subdiaconus facta genuflexione ascendunt ad Cornu Epistolę, ubi Diaconus a subdiacono Patenam capiet, et punget Ep̄o ipsius manum osculando. Oratione expleta Ep̄s patenam accipit, qua se ipsum signat. Subdiaconus interim deposito velo quod Cereemoniarus auferet, ad locum suum redibit post Ep̄m, ibique genuflexus.

Cum Ep̄s dixerit Hęc commixtiōes dicas Agnus Dei simul cum Assistentē, et subdiacono, qui tunc ad Altare ascendit inter Ep̄m, et Assistentem, sed



aliquantulum retro, quibus expletis redibit ad locum suum, et assistens
 ad dexterum latius Epi, Diaconus vero ad sinistrum ibis, ubi dum
 per Epum dicitur Dñe Jesu Christe assistens genuflectis, mox surgit,
 et osculatur Altare simul cum Epi, qui ad assistentem parum per
 conversum dicit Pax tecum, et Assistens respondet, Et cum Spiritu tuo.
 Deinde Summum Sacramentum adoret genuflexus, et comitante Cere-
 moniario descendat ad Chorum, ubi distribuit pacem, incipiendo a
 dignioribus, ut jam dictum fuit, quo facto rediens ad Altare, facti ite-
 rum genuflexione dat pacem Diacono, et iste Subdiacono, qui eam-
 dem dabit Ceremoniario, a quo ceteris de Choro more consueto dabitur.

Diaconus inde redit ad Episcopum, et assistens ad Missale. Episcopus
 prosequitur Missam, et cum sacrum Corpus, et Christi sanguinem sumperit,
 communicabit Diaconum, et Subdiaconum in superiori plano genu-
 flexos, et dexteram Epi prius osculantes.

Assistens, qui sacramentali cibo non reficitur, nisi in Feria V. Cena
 Domini, Patenam manibus Epi supponit, dum communicat Diaconum, et
 Subdiaconum, deferentibus Acolytis quantum inditiciis, et duobus aliis
 velum tenentibus extensum ante Diaconum, et Subdiaconum, ut diximus in
 precedenti Capite.

Absoluta Communionem Diaconum, et Subdiaconum sumen purificationem
 ministrante Ceremoniario. Diaconus inde ascendit ad dexteram Epi, ut eidem
 ministret purificationem, deferente Acolyto Urceolo aquae, et vini. Sub-
 diaconus vero redibit postquam se purificaverit ad locum consuatum.

Interim

Interim Accolytus Mitram porrigit Diacono, qui eam imponit Epi
 in cornu Epi stanti, ubi lavat manus deferente lancea aliquo Cappellano
 familiari Epi, et Diacono manus et gremio porrigente. Presbyter assistens
 transfert librum a latere Evangelii, dum Epus lavat manus, cum spongia bit Cor-
 porale, terget, et mundabit Calicem, et omnia, que prius attulerat, colliget, et
 componet sursum supra Calicem adjuvante Cerimoniaro, cui omnia in cor-
 nu Epistolę stanti, tradet.

Epus tunc deponit Mitram, legitque Communionem, que etiam a Can-
 toribus cantatur immediate post Agnus Dei, vel interdum pulsabitur organo
 remanentibus assistente prope Missale, et Diacono, et Subdiacono post Epum

Cantata per Cantores Communione, vel cessante organo, Epus ad medium Alta-
 rij accedit, quod osculatur more solito, et vertens se ad Populum dicit = Dñy vobis =
 cum Cantoribus respondentibus, rursus ad Missale reversus, commiserantibus sem-
 per Diacono, et Subdiacono, firmo tamen remanente assistente prope
 Missale dicit Oratioem versa facie ad Crucem, deinde prosequitur orationem,
 vel orationes competentes, quibus finibus rediens iterum ad medium Altaris
 quod us prius osculatur, et mox conversus ad Populum dicit Dñy vobiscum.
 Cantoribus respondentibus Diaconus etiam vertit se ad populum, et bene congrue
 cantat De missa est, quo dicto se convertit ad Altare, sicut et Epus, qui secre-
 to dicit Placet, quo dicto sumpta denuo Mitra, in medio Altaris benedicit.



more solito, omnibus in choro genuflectentibus, præter Canonicos, et Ministrum, qui se inclinabunt

Si adsit Cardinalis Archiepiscopus, vel alius Cardinalis, antequam det Benedictionem, mitram ad illos se inclinabit, et data benedictione deponet Mitram, versansque se ad latus Evangelii dicit Dominus vestrum submissa voce, et facto signo Crucis super altare dicit Dominum Sancti Evangelii quod iterum sine mitra proseguatur. Procedendo ad Sacratium associatus a Clero eo modo, quo venit, et in Sacratio sacris exiit paramentibus per Diaconum, et Subdiaconum, qui cum ipso legat Prædicationem actionem.

De Missa Archiepiscopo celebrante

Cap. XIV.

Archiepiscopo celebrante sunt servanda infra scripta; Super Altari ponantur sacra indumenta, videlicet Casula, Chirothecæ, Dalmatica, Inmicella, Stiviale, Stola, Crux pectoralis, Cingulum, Alba, Amictus, et manicipulus, et hæc concoloris Paramentibus velo contegantur. In Credentia ponentur, quæ pro Episcopi Missa diximus, ponatur etiam mitra pretiosa, Sandalia, et Candelabra ceris accensis, ab Auslytis deferenda.

Hæc igitur congrua est Sacratio sic procedendum ad Ecclesiam. Præcedat Cæremoniarius, et deinde sequatur Archiepiscopus cappa indutus, inter duos digniores Canonicos, sed aliquando solum se trahentes, subsequantur

Signo

digniorum Canonici bini, mox beneficiati, inde Clerici beneficiati

Ceremoniarium in Eccl[esi]a ingressu aspersorium exhibent digniori Canonico, vel vicario si adsit, qui illud Archipresbytero tradat, ejusque manum osculando. Archipresbyter se ipsum primo, deinde alios a dignioribus incipiendo aqua benedicta aspergat, mox aspersorium restituat, a quo accepit, qui itidem manum Archipresbyteri osculatur, deinde continuatur Processio. Transeuntes autem ante Summum Sacramentum, illud adorabunt genuflexi, Archipresbyter vero genuflexus super pulvinum



Cum Clerus ad Altare pervenerit, in quo Missa sit celebranda, Archipbr in inferiori Altaris gradu supra pulvinum genuflectat. Canonici vero, et alii de stereo in propriis locis genuflectunt. Archipbr surgente, surgant omnes, qui facta Crucis profunda reverentia, et salutato sine inde Choro, procedit comitantibus Ceremoniarium ad faldistorium, in quo insidet. Mox surgens, et ad Altare conversus, explicata per unum ex Ceremoniaris ipsius Cappas, secreto dicit Pater, et Accolyto coram eo librum, et Ceremoniano candelam sustinentibus, se cruce dignas, et incipit altiori voce horam tertiam, dicens. Deus in adiutorium meum intende, et Hymnum nunc Sanctus, quo absolute unus ex Cantoribus intonabit, Antiphonam. Incepto Psalmo Archipbr sedebit, sicut alii de Choro, exceptis iij, qui Archipbr inserviunt. Cantores autem prosequuntur Psalmos cum organi modulatione.

Interim duo Canonici Evangelium, et Epistolam cantaturi, accipient
 Paramenta. a Cruce posita in aliquo scamno prope Credentiam, deinde proce-
 dens abque manipulis ad Archiepiscopum, eique facta profunda reverentia ad
 ipsius latera hinc inde stant, ut cum eo legant alternatim Psalmos con-
 suos pro Missæ preparatione. Cere monitionis vero statim post Archiepiscopum
 ei amoveat biretum, et imponat de more ad Versic. Gloria Patri, lesij Psal-
 mi surgat Archiepiscopus, et ad altare conversus dicat submissa voce Versiculos,
 et orationes, postea sedens legat orationes, quæ pro Paramentis sunt ordinatæ
 quibus finitæ sedeat deposita Cappa, et lavet manus, mini strandibus Nap-
 pam Diacono, et Subdiacono, et familiari Archiepiscopi lanceam, ceteris manibus
 denuo surget, et per Diaconum, adjuvante Subdiacono induitur suris Pa-
 ramentis, quæ ordinatim deficientibus scolytis exhibentur; Primo igitur Dia-
 conus offert amictum Archiepiscopo osculandum, deinde albam, cingulum
 Crucem pectoralem, quam similiter osculatur in medio, ultimo Pluviale, tunc
 sedens ab eodem Diacono accipit Mittam præteritam. Diaconus, et Subdia-
 conus possunt et ipsi sedere, ut diximus in Missa Episcopali.

Expletis Psalmis, dum a Missicis repetitur Antiphona, Diaconus, et Subdia-
 conus surgent, et accedant ad Archiepiscopum, ipsi, ut salutantes hinc inde ad
 latera sedistorii stant. Unus ex Beneficiatis Cypidulum cantabit, sibi in ut
 librum tenens, et omnes de choro surgent una cum Archiepiscopo, qui conversus
 ad Altar

ad Altare sic stat, donec duo alii Beneficiati cantent responsorium
ultimi Versiculi. Interea duo Acolyti cum candelabris accensis accedunt
ad Archipbrum, qui finito responsorio deponet Mitram, et cantabit tono fe-
stivo Dominus vobiscum, et Gratiamem.

Expleto per eosdem Beneficiatos benedicamus Dno, Archipbr deponit
pluviale, et tuniceam, et Dalmaticam induatur per Diaconum, ei demum seden-
ti postea imponentur Chirothecae, mox surgit, et accipit Casulam, iterumque
sedens accipit Mitram. Demum Presbyter aspiciens anulum eicem in di-
gito imponit, manum ipsius antea dextulans. Tunc Diaconus, et Subdiaconus
capit sua manipulos, ipsi traditi a Cereomoniaro

Postmodum Archipresbyter surgit, cui Canonici aspiciens ad exuris,
et sinistri Diaconus, et prope eum Subdiaconus aspiciens una cum eisdem
versus Altare procedunt, in medium Chori cum pervenerint, siles peram-
per, ut hinc inde omnes de Choro salutes.

In inferiori gradu Altaris demum sicens deponit Mitram, ibique
Mispum inchoat.

In reliquis omnia peragenda sunt, quae in Missa Episcopali di-
ca sunt in precedenti Capitulo.



De Missa Beneficiato celebrante

Cap. XV.

Beneficiati, vel Clerici Beneficiati promissive, et indistincte singulis pro festis diebus Missam celebrabunt. Ut plurimum exponi solent aliquae Sanctae Reliquiae super Altare in Sacram, quas Celebrans deferens in Chorum, et super Altare collocabit. Tres Beneficiati, vel Clerici Beneficiati in Sacram parantur, adjuvantibus Acolythis, et uno tantum Ceremoniaro, super Credentia Calix cum purificatorio, Patena cum hostia, et Palla, et alia, quae in Missa Canonicali superius diximus excepta Pixide, sunt ponenda.

Clerus ordinatum ut supra ad Chorum progreditur, ultimo Celebrans a Diacono accipiens Reliquias super Altari preparatas, medius inter Diaconum, et Subdiaconum procedit, precedentibus quatuor Beneficiatis, vel Clericis Beneficiatis cum interbrachii accensis Cappa, vel Cotta indutis, juxta temporis exigentiam, quos duo ex Acolythis candelabra, ceris accensis gestantes, subsequantur.

Beneficiati intorticia deferentes in inferiori Altaris gradum genuflectant, ubi Celebrans Diacono dat Reliquias, qui eas deponit super Altari in loco ad id parato, et interim cum Subdiacono genuflectit, postea Diaconus descendit, et genuflectit a dextris Celebrantis. Eodem tempore Beneficiati intorticia exiungentes, discedunt, sicut et Acolythis, qui deponunt Candelabra super Credentia celebrans

Celebrans igitur surgit una cum Ministris, et inchoat Missam, omnesque genuflexi, praeter Canonicos, qui stantes Confessionem faciunt, dum a Cantoribus cantatur Introitus.

Expleta Confessione per Celebrantes omnes in Choro sedent, et Celebrans ministrante Diacono thuribulum, thurificat, Altare more solito. Quotiescumque transeunt Ministri ante faciem genuflectere debent. Celebrans thurificato Altare reddet thuribulum Diacono, qui ad plunium descendens in Cornu Epistolae, Celebrantem thurificabit, mox ad Altare Celebrans se convertit, et singuli in Choro surgunt. Tunc Celebrans legit Introitum, stantibus Diacono a dextris ipsius, et subdiacono prope Diaconum, qui respondent ad Kyrie. Postquam per Cantores absolutus fuerit Cantus Celebrans accedit ad medium Altaris, ubi stantibus post eum Diacono, et subdiacono insonat Gloria, quam Cantores prosequuntur sine tam in Organi modulatione. Mox Diaconus, et subdiaconus accedunt ad Altare, et cum Celebrante submissa voce Hymnum prosequuntur usque ad finem, quod etiam servatur, dum dicitur Credo.

Dicto hymno Celebrans, et Ministri possunt sedere in loco consueto, assistente prope ipsos Ceremoniaris. Expleto hymno a Cantoribus, Celebrans, et Ministri revertentes ad Altare salutant Chorum; Canonici pari salutatione respondent, ceteri vero caput detrahentes, se inclinunt. Celebrans, et Ministri in inf-



tioni Altaris gradu genuflectit, postea simul cum ipsis ascendit ad Altare, ubi dum Crucem veneratur, post ipsum loci aspectu recedunt Ministri, deinde Celebrans osculatur Altare, et se vertens ad Populum dicit Inj vobiscum. Ceremoniam vero stat prope librum, dum Celebrans orationes canat.

Inde per Acolytam deferitur Legile ad locum, ubi legitur Ep'ta. Subdiaconus juxta finem Gradationis accipiens librum Ep'tarum de manu Acolyti, qui cum committatur, factu prius debitu reverentiu, vadit ad Legile, in quo collocat librum, ut canat Ep'tam, quam Celebrans submissa voce legit, cum assistentia Diaconi. Cantata Ep'ta Subdiaconus redit ad Celebrantem, et genuflexu osculatur ejus manum, et ab eo benedicitur. Postea accipit Missale Celebrantis, quod defert ad Cornu Evangelii. Interim Cantores Graduale, cum reliquis prosequuntur. Celebrans dicto Mundus in medio Altaris, legit submissa voce Evangelium, assistente Subdiacono, quo absolute Diaconus defert librum Evangeliorum super Altare cum solitu reverentiu, mox acceptam naviculam porrigit Celebranti, qui ihus in thuribulum imponit. Diaconus ante Altare genuflexu dicit Mundus et accipiens librum de Altari petit benedictionem a Celebrante.

Interim precedentiibus thuriferario, et duobus Acolytis cum candelis cereis accensis simul cum Subdiacono a sinistris ad locum, ubi cantare debet Evangelium pergit Diaconus, et omnia servantur quae in Missa Canonicali diffuse explicavimus. Si dicendum sit Symbolum, postquam Celebrans intonaverit, Cantores

tores illud prosequuntur. Dico Symbolo, et offerunt Subdiaconus defert cali-
cem de Credentia ad Altare, et omnia fiunt ut in Cap. XII. dictum fuit.

Observandum hic est, quod Diaconus incensabit Canonicos, Beneficiarios et
Clericos Beneficiarios, et ultimo Subdiaconum. Ad elevationem Sani Sacram^{ti}.
duo tantum incensaria accenduntur. Subdiaconus Canonicis, Beneficiariis, et
Clericis Beneficiariis dabit Pacem, ut supra Cap. XII., et alia ibidem dicta
servantur per totam Missam. Absoluta Missa in Sacram^{ti} deferantur
Reliquie, eodem modo, quo altare fuerunt, et ordine, quo venerant omnes
ad Sacram^{ti} revertantur. Si autem die sequenti nullum aliud festum
sequatur, remaneant in Altari Reliquie usque quo diebus faciunt Vespere,
et solummodo post Completorium deferantur ad Sacram^{ti}.

De Missa minus Solemni per Beneficiarium celebranda

Cap. XVI.



In Sacram^{ti} tres Beneficiarii indumentis Sacris vestiantur, cum junon-
ibus Acolytis, nullo aspidetera Ceremoniaro, cujus officio fungetur
Acolytus

Procedendo ad Chorum ordo infrascriptus servetur. Acolyti cum
Candelabris, et cereis accensis procedant, eos sequatur Subdiaconus Cali-
cem velo cooperatum manu sinistra sustinens, dextera super imposta,
Diaconus postea, et ultimo Celebrans, ambo junctas manus habentes

Accolyti cum coram Altari fuerint hinc inde ad ipsius latera
 candelabra deponant cereis extinctis. Celebrans medius inter Mini-
 strum in inferiori Altaris gradu profunde inclinat, cum ipsius Crucem
 venerantur, et Chorum hinc inde salutat. Mox Subdiaconus ad Altare
 ascendit, in cuius medio collocat calicem, explicato prius, et proposito
 corporali, descendit postea ad Celebrantem, cum quo dicit confessionem.
 In reliquis servantur omnia, quae dicta sunt in precedenti Capite. Dum
 canitur Evangelium Accolyti deferunt Candelabra, et eodem dicto
 extinctis Cereis collocant ubi antea. Altaris humificatio non fiet,
 nec illi de Choro humificabuntur. Ad Offeritorium Subdiaconus
 non sustinebit Patenam, sed sub corporali illa a Celebrante col-
 locabitur, ut in Missis privatis.

Ad Elevationem Accolyti duo tantum accedunt interiticia. Sub-
 diaconus Pace a Diacono habitae, comitante Accolyto omnibus de Cho-
 ro distribuit. Expleta Missa Accolyti denuo accendunt Candelas,
 in Candelabris, et ordine, quo venerant omnes ad Sacramentum reverantur.

De Missa in Anniversario alicuius Defuncti celebranda
 per Rmos Canonicos. Cap. XVII.

Tres canonici parantur in Sacramentis nigris Indumentis. Crux non
 deferretur, quae collocabitur prius prope Credentiam, super qua ponuntur
 tur

tur Lancej cum Ureolo, manus tergium pro manuum ablutione, et Episto-
 larium nigro serico sectum, vasculum aque benedictae cum aspersorio,
 thuribulum cum navicula, ampullae vini, et aquae. In medio plano Cappel-
 le Castrum doloris cum octo sulcom introitiis, sive planities, juxta struiverunt
 qualitate, exhibitur

His igitur peractis procedent de sacramento hoc ordine. Praeant duo Accolyti,
 duoque Ceremoniarum, quorum alter deferat calicem collocandum in medio Al-
 taris, ut supra, deinde sequatur Subdiaconus, mox Diaconus, et Celebrans
 unus post alium, qui cum ad infimum Altaris gradum pervenerint, recta linea
 coram eo dem sistentes, faciunt Altari, et postea Choro profundam reveren-
 tiam. Hic explicabimus tantum ea, quae addenda, vel minuenda erunt
 ne multoties eadem repetamus.



Post introitum non thurificatur Altare, Ministri nunquam oscu-
 lantur manum celebrantis, nec ab ipso petit benedictionem Diaconus unde
 quam canter Evangelium, nec deferuntur candelabra, nec fit incen-
 satio, sed duo tantum Accolyti stant sine candelabris, alter a dextris, et
 alter a sinistris Subdiaconi tenentis librum Evangelionem. Finis Evan-
 gelio Celebrans non osculatur librum, sed statim dicit Dominus vobiscum
 max oramus.

Post offeritorium celebrans more solito imponit thur in thuribulum cum

Benedictione, ut oblata, et Altare thurificet de more, et post thurificationem Altaris solus celebrans per Diaconum thurificatur, deinde lavat manus, ministrantibus Diaconus mennergium, Subdiaconus aquam. Dum dicitur sanctorum Diaconus, et Subdiaconus ascendunt ad Altare, et cum celebrante dicunt Sanctus. Omnes in choro genuflectunt sic permansuri usque ad Agnus Dei. Interim duo Acolythi deferunt inturibia, et genuflexi in inferiori Altaris gradu stabunt usquequo fuerit expleta communio.

Subdiaconus genuflexus in primo Altaris gradu in cornu Epistolae thurificabit. Simul Sacramentum, dum elevatur. Non datur Pax, nec percutitur pectus ad Agnus Dei. In fine Missae non datur per Celebrantem benedictio, et Diaconus dicit. Requiescant in pace, versa facie ad Altare.

Missae finita Celebrans debitam facit Altari reverentiam una cum Ministris, mox medius inter ipsos descendit ad planum Cappelle, et e latere Epistolae, ubi deposita Planeta accipit Pluviale nigrum. Interea Cantores cantabunt Libera me Domine.

Subdiaconus accipit Crucem, et medius inter Acolythos candelabra cum Cereis accensis deferentes, procedat ad Castrum Dolonis, et ibi substitat. Celebrans, et Diaconus ad illud etiam accedent, facta prius reverentia Cruci, et ad Castrum Dolonis sedebunt in seile ad id parata, et pariter omnes de Choro sedebunt. Circa finem

Responsorii surgens celebrans cum Diacono, qui porriget incensum navicula-
 lam, ut celebrans imponat incensum in thuribulo, benedicens illud more so-
 lito, et finito Kyrie intonabit alta voce = Pater noster = tunc accipit as-
 persorium de manu Diaconi, et facta Alvari reverentia, conuertente Diacono
 a dextris elevante anteriorem Pluvialis fimbriam, primum aspergit Ca-
 strum Dolory ter a dextris, et ter a sinistris, cum vrans: ante Crucem re-
 mul cum Diacono profunde se inclinabunt, postea Diaconus accipiet thuribu-
 lum, et dat celebranti, qui eodem modo, quo aspererat Castrum Dolory, in-
 censabit, et postea ad pristinum locum redibit, ubi Diacono sustinente libris
 dicit = Et nemo cum versiculis, et Gratia. Ultimo per duos ex Cantori-
 bus cantabitur requiescant in pace, tunc Diaconus deponet Crucem, et cele-
 brans medium tenens locum inter Diaconum, et Subdiaconum redeat ad Sacra-
 rium

De Missa in Anniversario per Beneficiarios celebranda

Cap. XVIII.

Hæc Missa non differt a Canonicali, nisi quod quatuor tantum
 candelæ accenduntur super Alvari, unusque tantum Ceremoniaris assistit.
 In reliquis servantur omnia, quæ in superiori capite satè diffuse explica-
 vimus. Hic etiam explicabimus de Missis quotidianis, quæ per Beneficiarios
 erunt cantandas, et quæ agenda sint in choro, quando cantatur Missa per
 eosdem Beneficiarios, sive Clericos Beneficiarios singulis diebus, quando non



non fit de festo duplici, vel Octaviis privilegiatis, et Anniversariis, quia
 tunc Missae quotidianae dicuntur privatim ab uno ex hebdomadariis in Alta-
 ri Privilegiato. Post primam igitur praed. Missa cantatur, in Altari duos tan-
 tum Candelae illucescunt, nec preparatur castreum coloris. Subdiaconus de-
 fert calicem, et collocabit super Altari, nullus aspidis Ceremoniarum, sed
 Acolyti gerunt eorum vices. Non dicitur post Epistolam Sequentia; Ad
 offerendum nulla fit incensatio. Reliqua servantur ut supra Cap. XVI.

De ornatu Altaris

Cap. XIX.

Altare cooperitur tribus mappis, quarum superior sit longior, ita ut usque
 ad terram pertingat, Pallioque ornatur coloris diei festi, vel officio e-
 ventus. Supra Altare collocetur Crux in medio, et candelabra duo saltem hinc
 inde ad Crucis pedem ponatur tabella Secretarum. In solemniorebus pri-
 me Classis ponendae sunt prope Crucem Imagines S. Apostolorum cum sex
 Candelabris, et duobus aliis in plano superiori hinc inde ad imaginem
 B. M. in chori Cappella existentem. Ponuntur etiam supradictae Imagines
 in omnibus festis secundae Classis, et duplicibus festis tantum cum
 sex Candelabris. In diebus vero Dominicis non exponuntur Imagines,
 sed solummodo sex candelabra collocantur, et idem servatur quando
 exponendae sint nonnullae reliquiae Sanctorum, juxta dies, in quibus ejusdem
 faci-

facienda est expositio.

In Missis vero, quæ diebus non festis per Beneficiarios cantantur, sive in duplicibus, vel semiduplicibus, quatuor tantum candelæ in Altari ardebunt, si tamen non sit dies vigiliæ Nativitatæ Dni, S. Apóstolorum Petri, et Pauli, tunc enim apponuntur sex Candelæ. In omnibus Feriis quadragesimæ, Labato quatuor tantum, et in Missis B. M. V., et Feria IV. quando dicitur Missa votiva de S. Apóstoli simplicibus, erunt tantum duo Candelæ. In diebus solemnibus, quando cantantur quatuor horum omnes candelæ, et si fuerint voto, accense permanebunt. In aliis vero festis, in quibus sex tantum candelæ accenduntur, ad horas duas extinguantur, et quando in officio, et Missa erunt quatuor, ad horas singulas, et idem servetur ad Completorium. In Completorio autem Feriæ VI. Mensis Martii sunt quatuor. Idem ordo servetur in Vesperis, prout in Missis, quando tamen Missa concludat cum Vesperis.

De Oratione XL. Horarum

Cap. XX.

Dum fit Expositio S. Sacramenti pro oratione 40. Horarum Missa habetur in Nostra Basilica de Sancto illa die occurrente, si tamen occurrat in Feria, tunc Missa votiva de S. Sacramento cum Gloria, et Credo cantabitur. Missa tamen in die, quo fit S. Sacramenti expositio



quam in die, quo Summum Sacramentum reponitur, celebratur per Beneficium cum hac differentia, quo Missa in die expositionis erit Solemnis, scilicet sex erant super Altari luminaria, et fiens humificationes de nocte, Missa vero in die repositionis Summi Sacramenti quatuor tantum erant luminaria super Altare, nec fiens humificationes, reliqua servantur ut in Missa feriali, si vero Missa contingat cantari per Canonicum, ut accidit in die festo, tunc in hac Missa servantur ea, quae dicuntur in Missa Canonicali. Quando igitur facienda est Summi Sacramenti expositio, postquam Celebrans sumpsit Sanguinem, Diaconus ad dexteram Celebrantis accedit, et Exornationis imponit super Altare Exornationem, in quo Diaconus diligenter aspiciat consecratam Hostiam semi-circulo inclusam, illud in medio Altaris super Corporale collocabit.

Subdiaconus inde accedit ad Cornu Epistolae, facta primae genuflexione, ut ablationem Celebrantis ministret, qui in Cornu Epistolae, et non in medio cum ore sumet, Celebrans ad medium Altaris accedens, sive recedens, ut opus fuerit, in medio semper genuflectat. Cum se converterat, ut dicat Dominus Vobiscum, primae genuflectat in medio, deinde retrahit se a latere Evangelii. Diaconus ut dicat Haec Missa est, eodem modo se versat. Ad benedictionem circum non completi Celebrans nec in fine Evangelii signat Altare. Completa Missa Celebrans, et ministri descen-

descendant ad infimum Altaris gradum, ubi genuflexi Simul. Eucharistiam adorabunt. Procedant postea ad Cornu Ep^l, ubi singuli deponunt Manipulum, et Celebrans Pluviali induitur. Deinde reversi ad infimum Altaris gradum profundam incensationem. Postea Celebrans recedit ad locum, ubi accepit Pluviale, ibique incensum duobus thuribulij per duos Accolytos deferendis infundit, ministrante Diacono naviculam, Ceremonia thuribulum, ac Subdiacono fimbriam pluvialis elevante, et rediens ad Altare, ibi genuflexus ut supra per Simul Sacramentum incensat

Interim Processio disponitur, Crucem ab Accolyto delatam inter duos pariter Accolytos lumina accensa deferentes, subsequuntur Cantores concinentes Pange lingua, vel hujusmodi alias. Max Clerus ordinatim accensa gestans intorticia, et postremo duo Accolyti cum candelabris certis accensis interimbrellam, cujus astas gestant octo viri nobiliores, postea duo Accolyti immediate, et quasi sub umbella praeuntes hinc inde thuribulum gestantes, continuo Simul Eucharistiam thurificat, ita ambulantes, ut manibus dextris thuribula effumantia moventes domum ad Simul Eucharistiam non revertantur. Celebrans Processione tali ordine disposita, velo albo oblongo, sibi super humeris prius per Ceremoniarum imposito genuflexus stabit, medius inter Diaconum, et Subdiaconum pariter genuflexus. Diaconus surgit, et debitis



genuflexionibus ad Altare ascendens, accipit Extensorium umbra-
mani bus velo connectis, ante oculos elevatum tenens ad Populum dum se conver-
tit, Ministri surgunt, ut Pluvialis fimbrias hinc inde elevata teneant, et sic sub limbo
procedit, recitans cum Ministris alternim Psalmos.

Processio Confessionem, in qua S. Apostolorum corpora requiescunt cir-
cumant, et ordinatim semper progrediatur ad Altare, in quo exponitur
Soma Eucharistia, quod sit decanter ornatum cum Pallio albo, quod et lumi-
nibus eximia fulgeat. Clerus ad Altare perveniens genuflectat hinc inde,
prope quod primi erunt Canonici, post quos Beneficati, et sic successive per
ordinem reliqui sequuntur, omnesque genuflexi se invicem prospiciant.
Celebrans inter Clerum ab unaquaque parte genuflexum transit, et cum
prope Altare pervenerit Diaconus, et Subdiaconus genuflectant, et um-
brilla inferant, ille vero statim tradat Extensorium Diacono, qui surgens
illud collocet in medio Altaris loco destinato, et Ceremoniarum velum
amoveat ab humeris Celebrantis, qui statim ac Extensorium Diacono tradiderit, genuflectat.

Diaconus autem postquam collocaverit in Altari Somam Eucharistiam, qua
genibus flexis adoret, et postea redeat ad dexteram Celebrantis, ut ei sturibu-
lum a Ceremoniarum prius acceptum tradat. Tunc Celebrans genuflexus una
cum Ministris Somam Eucharistiam triplici ductu sturificabit, ante, et post hu-
militer se inclinans Ministris Pluvialis fimbrias elevanti bus. Insuper

duo Cantores concinunt Litania, quibus expletis Celebrans genuflexus recitat Preces, et cum dicit Orationes solus surgit, quibus dictis, iterum genuflexus orat aliquamdiu, deinde omnes extinctis ceteris redeunt promiscue in Sacrarium, nullo servato Processionis ordine.

In die repositionis Summi Sacramenti servantur omnia ut in die expositionis, hoc tamen discrimine, quod expleta Missa progreditur Processio directe ad Altare, in quo exposita est Summa Eucharistia. Dum Celebrans medium inter Ministros cum ipsis in infimo Altaris gradu genuflectit, per Cantores inchoantur Litanie, respondente Clero. Cum dicuntur illa verba: Peccatores: Celebrans surgens imponit incensum in thuribulo, et de novo genuflexus Summam Eucharistiam incensat. Dicto ultimo Agnus Dei, Celebrans modo, quo supra accipit Ostensorium, et Processio continuabitur, quae circumibit Confessionem ut supra: Ad Altare redeunt omnes ordine supradicto genuflectentes, et Celebrans stans tradit Ostensorium Diacono super Altare collocandum, servato ritu superioris expositionis. Mox Celebrans genuflexus dicit Pater Noster cum Precibus, et Orationibus, ut supra, quibus absolutus ad Altare solus ascendens, facta genuflexione accipit Ostensorium, et postea dat benedictionem. Deinde deponit Ostensorium super Altare, ab illo auferit Summam Eucharistiam, non vero a semicirculo, eamque in Pixide reponit. Diaconus tunc, et ipse ad Altare ascendens in Tabernaculo collocat Pixidem. Tunc extinguuntur intorticia Celebrans, et Diaconus descendunt, et facti per ipsorum genuflectionibus una cum Subdiacono in inferiori Altaris gradu, omnes ad Sacrarium redeunt.



De modo pulsandi Organum, et Cane di Missas per Cantores
Cap. XXI.

In omnibus Dominicis per annum, quando officium fit de Dominica, Missae cantantur per Cantores in Cantu Gregoriano, ut dicitur: a Cappella Organum vero pulsatur ad Introitum tantum post Gloria Patri, et cum dicitur Kyrie, post Graduale, et Offeritorium, et dum elevatur Iustum Sacramentum, et quando dicitur Ite Missa est. In Dominicis de Ascensione, et Palmorum. In feria IV. Cinerum, et in Missis Defunctorum, nullo modo pulsatur Organum.

In Vigilia Nativitatis Dni, in p^a Missa Vigiliis Pentecostes, ac Ss. Petri, et Pauli, aliisque diebus minus solemnibus, Missa cantatur ut supra, scilicet cum Cantu Gregoriano, et Organo. In omnibus aliis Festis solemnibus, in Dominicis per annum occurrentibus, et quando cumque celebrat Cononius, Missa cantatur cum cantu figurato et pariter cum Organo.

In Vesperis autem quando officium fit de Dominica, primus, et ultimus Psalmus cantatur alternatim a Choro cum Cantoribus, reliquos Psalmos absolvit Clerus, Organum tunc pulsatur post ultimum Psalmum, sicut et ad Hymnum, ad Magnificat, et post Benedicamus Dno.

In Solemnitatibus, et in Duplicibus Die Dominico occurrentibus cantantur Vesperae cum Cantu figurato, et pulsatur Organum, haec tamen differentia, quod in Majoribus Solemnitatibus, omnes Psalmos concinunt Cantores, in minoribus vero aliquos Psalmos, et reliquos Chorus concinit.

Antiphonæ, quæ ante Psalmos in festis Primæ Claph cantantur, ut dicitur
 de contra puncto, pulsatur Organum, et itæ repetantur in cantu figurato.
 In alijs vero festis inferioribus, quando Antiphonæ repetendæ non fuerint, tunc
 loco earum pulsabitur Organum. In Dominicis semiduplicibus, quando
 in Basilica sit expositum Summum Sacramentum, cantare licet Vesperas
 cantu figurato pro maximo Populi concursu, ut etiam fit in Sextis
 Ferijs Mensis Martii ad Completorium, quod cantatur cum Organo
 etiam si occurrat post Dominicam Passionis. Advertendum quod per
 Musicos tam in Missa, quam in Vesperis non alicui cantent, nisi ea, quæ sumpta
 sunt ex Missali, et ex Breviario, ut laudabilis, et antiqua est consuetudo
 in nostra Basilica

De Concionibus, et Oracionibus habendis

Cap. XXII.

Postquam cantatum fuit Evangelium, et celebrata fuerit osculatum fue-
 rit, de more thumificabitur, celebrans qui postea descendit cum Ministris
 ad infimum Altaris gradum, ubi cum Ministris Altare venerit, et per-
 gunt ad aspuendas sedes, in quibus recto capite sedebunt. Concio, vel Ora-
 tio immediate post Evangelium semper sunt habende. Dum cuncta dicit
 Episcopus Clericus destinatus aliquantulum pulset campanulam extra Chorija-
 neam, et admonitus prius Concionatorem comitebit ad Suggestum, ibidem
 usque ad Concionis finem permansurus



Conclonataste Angelicam Gratiam, et Evangelii Textu recitante, omnes caput
 detegant. Absoluta coriione Celebrans, et Ministri accedunt ad Altare, et facta
 profunda reverentia Missam proseguuntur. Si vero Gratio sit habenda per
 aliquem Alumnum, hic antequam Suggestum ascendat in medium Cho-
 rum progrediatur, comitante Ceremoniaro, et facta Altari genu fle-
 xione, et hinc inde Salutationibus, vadit ad osculandum manum Vicarij
 vel eo absente antiquioris Canonici. Gratia expletis Missa usque continuatur

De accessu Summi Pontificis ad nostram Basilicam, et quom-
 modo occurrat illi Capitulum Cap. XXIII.

Pontifici in Nostram Basilicam descendenti Pontificali bus induto
 et sede everso, Sacro Cardinalium preeunte Collegio. Capitulum occurrit in
 Porticu prope Jeream portam, que ducit ad Apostolicum Palatium. In dexe-
 ro Porte Latere astent Canonici, et antiquiores sint liminibus propriis, quos
 preeat Cardinalis Archiepiscopus, et in sinistro Porte Latere astent Beneficiati
 Nostrae Basilicæ Cantores juxta prefatam Portam adstantes, appa-
 rente Pontificia Cruce concinunt Antiphonam. In es Petrus et Petrus re-
 spectendam, quoties Summus Pontifex transierit, eo transeunte omnes
 genu flectant, preter Archiepiscopum, qui tantum profunde se inclinatur, et
 postea ad locum proprium sui Ordinis cum alijs Cardinalibus procedit.

Pontifici vero in Basilicam descendenti, ordinarijs vestibus indu-
 to Capitulum occurrit prope interiorem Basilicæ portam, prefato ta-
 men ordine, sed absque Musicis. Archiepiscopus si aderit manum Pontificis
 osculatur

oscularum, aque benedictae aspersorium illi Ecclesiam ingredienti exhibeat, qui deposito pileo suscipit aspersorium, et omnes genuflexos aspergit, reddito postea aspersorio eidem Archiepiscopo, accipit Communionem, et benedicens progreditur. Capitulum vero ipsum non comitatur, sed remanet in eodem loco. Vicarius absente Archiepiscopo, vel Cardinali aspersorium exhibeat. Si abit Vicarius antiquior Canonici, aspersorium offert Pontifici. Advertendum tamen quod Vicarius, vel Canonici porrigent aspersorium Pontifici sit genuflexus, nec manum Pontifici osculatur.

Nemini praeter Vicarium, vel Canonicos, Cardinalibus absentibus, aspersorium Pontifici porrigere licet, quamvis adfuerint Archiepiscopi, et Patriarchae. Exeuntem ab Ecclesia Pontificem, Canonicum, et Capitulum ante ipsum genuflectant in Porticum descendentes extra Basilicam portae, et antiquiores Canonici primum locum obtineant.

De modo ostendendi Reliquias

Cap. XXIV.

Tres sacrae Reliquiae, videlicet Dominicus vultus, Dominicae Crucis lignum, et Lancea, quae Dominicum Latrum aperuit in nostra Basilica servantur apud Odeum hac de causa constructum, ad quod ascendere Canonici tantum permittitur, et duobus Ecclesiae Mansionariis pro Odeo expurgando, funalibus accendentibus, et necessariis ad ostensionem preparantibus.

Supradictis Reliquiis Populo ostendendis ab uno ex Mansionariis Odei fastigium exornetur, undeque pensili panno serico, et rubeo



vel violaceo juxta temporis exigentiam, et octo funalibus super candelabro
 equaliter dispositis ante prospectum ejusdem fastigii. Canonicus ro-
 chetto, et cotta inclutus in sacario accipiat stola ex humeris penden-
 tem coloris festivitatis convenientis, et concolores chirothecis, adrius
 pariter duo colli Canonicus rochetto, et cotta incluti. Hi grigis Mansiona-
 rio facem deferente procedant junctis manibus unus post alios ad os-
 tendendas reliquias. Horum posterior sit Canonicus stola ornatus
 et transeuntes ante Altare S. Apostolorum equaliter unico flexo genu
 illud venerentur. Junior ex Canonicis gestet loculum ferreum, in quo
 quatuor clavee includuntur ad reaperandam capsulam, quarum
 duas semper adsunt penes Summum Pontificem, et reliquas penes
 Canonicum Sacristam majorem.

Cum pervenerint ad locum, ubi reliquie servantur, Mansionarius
 accensis praefatis funalibus, recedit extra Cancellos, ab uno ex Canoni-
 cis exacte claudendo. Interim Canonicus aperta capsula genu flexi
 faciunt unam confessionem, qua absoluta Canonicus stola indu-
 ty orationem in Tabella ibidem positam descriptam, recitat. Mansio-
 narius praescripto signo ab uno ex Canonicis, aliquantulum pulsus cam-
 panas extra Cancellos exhibentes, et Canonicus ad ordinationem sic pro-
 cedunt. Prius ostenditur Lancea, quam Canonicus stola indutus utra-
 que manu suffulciat duobus Canonicis hinc inde illum adjuvantibus
 et alternatim cum illo Psalmos recitantiibus pedetentim procedentes
 in

medio ordeo, et in dextro, sinistroque ejusdem angulo aliquam tulam si mans.
 ut Populus commode reliquias inspiciat, et consideret, singulis aut medi-
 um odenti reversis, Canonice stola indutus cum reliquiis populum be-
 nedicat, eamque benedictionem iterum in dextero sinistroque angu-
 lo. Revertens lanceas, Crucem suscipit Canonice, prædicta observa-
 turus, etiam in Dominici vulnus ostensione, pro qua denuo cum pa-
 natum pulsatis præmittitur

Hic peractis sacris Reliquiis eodem modo reconduntur, Capsula diligen-
 ter clausa, Mansionarius iterum ingressus extinguit funalia, et omnes
 eo, quo venerunt ordine in Sacrum redeunt

Nemo præter Canonicos, duosque Mansionarios sub Anathematis
 pena ingredi potest ferream portam inferius positam sub imagine S. Veronicæ,
 et hujus præceptum adeo inviolatè servatur, ut Urbanus VIII. obsequens ve-
 leranti Vladislao filio Sigismundi III. Polonorum Regis maluerit eum no-
 stre Basilicæ Canonicum ex parte honorarium creare, quam legem solvere
 . Itaque Vladislavus supra dictus anno Jubilei 1675. Canonicali habitu indu-
 tus inter duos Canonicos Reliquias Populo ostendit

Solent ostendi Reliquiis in Feria IV. Majoris hebdomadæ post Laudes
 Tenebrarum, Feriæ V, et VI. ejusdem hebdomadæ quotiescumque opus fue-
 rit, et præcipue cum ex plebis functionibus a Pontificio sacello Cardinalis



Capituli induci ad nostram Basilicam descendunt, itidemque omnibus
Confraternitatibus diu, nocturne nostram Basilicam visitantibus.

Item in Sabato Sancto post Missam, in die Paschalis etiam
post Missam Summo Pontifici ostenduntur Reliquis, quo presente
semel tantum per olerum est gradiendum ad dexteram, et sinistra
angulum, in quibus tantum datur benedictio. In Feria II. ejusdem
festivitate ante, et post Vesperas. In Ascensione Domini post
Missam, et Vesperas ostenduntur Reliquis. Reliquis diebus nisi
jubenste Summo Pontifice easque ostendere non licet. Tandem
singulis Confratribus, qui anno Jubilei Romam adveniunt pro la-
cramentis Indulgentiis, ostenduntur

De Solemnitate Beatificationis

Cap. XXV.

Alexander Papa VII. Apostolica Bulla statuit, ut Beatificando
ex Decreto Sac. R. Congregationis publice in Nova Basilica Vaticana
primus Cultus exhibeatur præcipua Pompa, et solemnitate coram eu-
dem Sac. Congregatione, et Clero Vaticano

Hujusmodi solemnitas us plurimum agitur in Tribuna Ecclesie, cu-
jus Altare ornatur pallio, quod fieri potest pulcherrimo colore bea-
to convenienti, cruce, et candelabris. Super illo adsit Beati Innocentii
lumen

tamen velo contectas, et congruo tempore detegenda

Pro Cardinalibus Sac. Rit. Congregationis in Evangelii sacra
apponentur sedilia Sericeis superi'bus tectas. In Epistolis latero
pro Canonicis apponentur sedilia, quibus etiam insideat Archidiaconi
serico tamen tapete substrato. Beneficiati utrinque insideant
inferiori'bus sedilibus

Prope Altare sedile pro Ministris, et fulcrum super pra-
della in a'p'uo loco pro Ep'o, et supra Credentia necessaria ad Mis-
sam imponantur, ut jam suo loco explicatum fuit. Super Al-
tari ponantur Casula, Chirotheci, Dalmatica, Stannicella, et se-
paratim manipulus, quae omnia concolori paramentis velo con-
tegantur. Prope Credentiam ad sin' Pluviale pro Canonico assis-
te. Post scamna Canonorum ponatur parvulum suggestum
sericeo panno contectum, in quo Biblia congruo tempore legenda erit.

Basica nurofrigiatis fulgeat paramentis, et super singulis altaribus
imponantur sex candelabra cum cereis accendendis, quando Missa
cantabitur. In Sacramto induetur Ep'us Annictu, alba, Cingulo, cruce pe-
torali, Sola, Pluviali coloris Beato convenientis. Juxta morem Ep'o
inseriant duo ex Canonicis, qui prius sunt parati, et simul cum eo reci-
taturi Psalmos ad Missam consuetos, eoque tempore ex familiaribus armis



Ep̄o calceat Sandalia. Hisce dispositis Cardinales Sac. Rit. Congregationis
 in Sacratio congregati, procedant bini ad Sacellum, in quo conditu-
 dum erit Altare e conspectu arq̄ maxime, ubi est Misa condenda.
 Postmodum Crucem per Acolythum delata inter duos Acolythos
 consueto Processionis ordine subsequatur. Clerus, deinde Ep̄us
 medius inter Diaconum, et Subdiaconum, ultimo Cardinalis An-
 tip̄br̄ incedat. Erunt in Sacellum perveniendū propria loca pe-
 tant. Ep̄us deposita Mitra una cum Ministerij genuflexus ante Al-
 tare aliquam tulum orat, et mox surgens resumpta Mitra salu-
 tas utrumque Chori Lateris, postmodum Galchistorio insidet, et
 Canonici et Ministri pariter in proprio loco sedent.

Interim Secretarius Sac. Rit. Congregationis, una cum Beatifica-
 tionis Promotore presbiterij Altari, et Choro debitis obsequiis progredi-
 unt, comitante Ceremoniaro ad Archip̄br̄m, eique porrigit Bullam,
 quam postea deserendam Archip̄br̄ mittet ad Cardinalem Seni-
 orem in altero Latere existentem. Tunc in Suggestu a nostro Subar-
 chivista Legitur Bulla alta, et clara voce, et Secretarius, et Promotor
 ad propria loca redeunt. Adnotandum, quod Promotor post ultimum
 Canoniam tertio capite sedebit. Diaconus, et Subdiaconus postquam
 lecta fuerit Bulla progrediantur ad Ep̄um, cui Diaconus facta prius
 debita reverentia auferat Mitram. Ep̄us Surgeat, singulis in Choro sur-
 gentibus, et ad Altare conversus precinet De Deum a Musicis prose-
 quendum. Hymno intonato detegitur Beati Imeyo, quam omnes
 genu

genuflexi venerantur, illico consurrecturi. Pulsantur Eccl^e Campan^e,
 roborat Tubarum clangor, et aeneis tormentis, balistrisque explosis Area
 Vaticana, et S. Angeli strepunt. Interim a Promotore distribuitur Bea-
 ti Effigies, prius Cardinalibus Sac. Rit. Cong^{is}, deinde Archiep^{is} et Canoni-
 cis, mox Consultoribus ejusdem Sac. Cong^{is}, postremo Beneficiatis, et Clericis.

Diaconus expleto Hymno dicit Versiculum pro Beato Cantoribus responden-
 tibus, et Epus orationem, sive propriam, vel de Communi, qua dicta sedet, et
 accepta Mitra thuribulo infundit incensum, mox surgens medius inter Diaconum
 et Subdiaconum, factis debitis reverentiis vadit ad Altare, et stans
 in plano Cappell^e deposita Mirra inibus ductibus thurificat Beati Imagi-
 nem; Reasumpta denuo Mirra, ad falditorium revertitur, et deponit
 Pluviale, et paramentiis pro Miss^e celebratione se induit. Canonici aspi-
 stens munere perfuncturus admonitus a Cereemoniaro progreditur ad Creden-
 tiam, ut induatur pluviali, et ad Epum perveniens, facta reverentia impo-
 nit illi anulum, et interim Diaconus, et Subdiaconus accipiunt manipulos.



Hinc peractis, juxta morem cantatur Missa, advertendum tamen,
 quod in thurificatione primo thurificantur Cardinales Sac. Rit. Cong^{is}
 et postmodum noster Archiep^{is}, deinde Canonici, et Promotor, post quos
 thurificantur Consultores ejusdem Congregationis, postremo Be-
 neficiati more solito. In die qua habetur Beatiificatio non predermit-

titur Missa Convensualis post Tertiam continenda. . Beati ficationis enim
Missas post nonam celebrantur.

Quid agere debeat Capitulum in Canonizatione

Cap. XXVI.

Quae sunt agenda in canonizatione hic praetermittimus, deum Capitulum
in hujus functione nullum locum habet. Summus enim Pontifex assistentibus Car-
dinalibus, absque Pontificis Cappella Praeceptoribus in Basilicam descendit ad Ca-
nonizationem faciendam. Capitulum tantummodo praeparans cerer-
os accensos, processivum ordine ante ecclesiam Romanam Clerum, videlicet separa-
tim exitum de porta Apostolici Palatii usque ad Obeliscum, et rediens ad
majorem Templi ianua in Porticu se detinet, ubi sedens in scamnis hae-
de causa praeparatis, expectant adventum Summi Pontificis, cui transcurtis
genusflexis, et postmodum confusum, et ad libitum recedit Intra Sacel-
li cum bium componitur ad eum pro Canonice, ut commode possint videre Ca-
nonizationem.

Expleta Missa duo Canonici Sacristae Majoris Archiepiscopi exhibent locu-
lum viginti quinque denarij antiquae monetae continentem, Archiepiscopus loculum
suscipiens offert Summo Pontifici pro Missa bene cantata, quod servatur quum-
documque in nostra Basilica Pontifex celebrat. Postmodum Pontifex sedet in sede
gestatoria, et Archiepiscopus ostentante Canonici duo genuflexi osculantur pedes Ponti-
ficis

De

De modo tradendi Vexilla Sancti Canonizati

Cap. XXVII.

Vexilla Sancti Canonizati delata in Canonizationis Processione in Nra Basilica relinquuntur, quorum unum e Templi fornice pensile ad maximum rei memoriam perennat, et alterum eorum, vel plura festo die Sancti Canonizati, Religioni, vel Conciuium traduntur

Statuta igitur die ab hebdomadario Canonico una cum quatuor Ministris Pluvialibus induty, etiam si diei solemnitas no exigat, cantantur solemnes Vesperę ad Altare S. Apostolorum. Vesperę explety omnes in Choro sedent. Interim ordinatur Processio ante prefatum Altare transitura.

Sancti Canonizati Vexillum, seu Vexilla deferunt ejusdem Sancti Regularis, vel Conciui, vel Confratres, quibus Chororum ingredientibus omnes aspirunt. Canonicy celebrans stans accipit Cordulas e Vexillo pensiles, que in singulis vexillis sunt quatuor, et eas Religiocis Porray tradit. Deinde nosus Chorus pte manibus facem gestans, ordinatim procedet ad Ecclesię atrium, ubi sistit hinc inde, et transuentibus vexillis, omnes genuflectant, Canonicy vero paratus, tradit Cordulas, et discedentibus Vexillis una cum Ministris genuflectat, et postmodum in Sacranium redent.



De aperiitione Porte Sancte
Cap. XXVIII.

Vigiliis Dominice Nativitatis recurrente anno Jubilei a Summo Pontifice ante Vesperas aperitur Porta Sancta, in cuius aperiitione Capitulum congruo Processionis loco, una cum Romano Clero incedit, ut supra, etenim omnimoda functio ad Summum Pontificem attinet.

In Porticu preparari solet Odeum pro Canonici ad functionem spe etandam, ut supra pro Canonizatione diximus. Anno vero 1675. nonnulli Canonici decentius dixerunt in Ecclesia consistere, Summoque Pontifici congruum obsequium prestare, ut Porta ad solium delecta, ipsi in Ecclesia efformantes quasi Corona Pontificem ingredierentur exspectent. Postmodum Capitulum recedit, neque concinit Vesperas, que a Pontificii Sacelli Musici canende sunt.

Anno sequenti pro Porta Sancta claudenda, noster Clerus tantum recipit descendendum Pontificem in Basilicam, in Vesperis non immiscetur, ut supra

De Coronatione Summi Pontificis
Cap. XXIX.

In Coronatione Summi Pontificis erigitur in Porticu Ecclesie solium consuetum cum scamnis circumcirca pro Cardinalibus ad modum Cappelle. Clerus autem noster stat ante solium Pontificis, quem intra ambitum solii, ut supra preparati exspectans noster Clerus

Descendit

Descendit igitur Pontifex Pontificali bus indutus, precedentibus Cardi-
 nali bus cum cappis, qui cum pervenerint ad Porticum supradictum ad
 sua loca designata accedunt, et ibi Pontifex descendens de Sede
 gestatoria super Solium ascendit. Tunc noviter Cardinalis Archi-
 presbiter accedit ad Pontificem, et stans ante eum presentat ihi
 Clerum in medio plani genuflexum, et recitat aliquam oratio-
 nem brevem, qua absoluta osculatur primo pedes Pontificis,
 postea manus, ultimo osculum Pacis recipit. Postmodum
 per ordinem Canonici osculantur pedes Pontificis, post quos Be-
 neficiarii, mox Clerici, deinde Seminarii Alumni, et ultimo loco
 Cantory

Quo facto Pontifex ordine, quo venerat Ecclesiam ingredi-
 tur procedens ad Cappellam, in qua Missa solemniter est cele-
 branda.

Capitulatum ad Sacrarium recedit, cum in hac functione nihil
 amplius agat. Missa expleta more solito coronatur.

Notandum vero, quod semper in tali Ceremonia cantari
 debet in Ecclesia Missa Conventualis antequam Pontifex
 descendat, recitatio prae die post Vesperas Matutino cum Lau-
 di bus



Quid agere debeat noster Clerus in morte Summi Pontificis
 Cap. XXX.

Mortuo Pontifice exponitur Corpus ipsius in Cappella Palatii
 Apostolici supra feretrum ornatum ciliatâ auroserica, ubi
 servatur usquequo Cardinales agant Congregationem ad bonum
 regimen Civitatis, qua aboluta procedunt Cardinales ad supra-
 dictam Cappellam

Interim noster Clerus ordine consueto, præcedente Cruce, inter
 Accolytos Cereos accensos tenentes vadit ad supradictam Cappellam,
 et stans circumcinctus corpus Pontificis, ubi facies accensus unusquisque ap-
 prehendit, et per Decanum Capituli Pluribus nigri coloris indutum
 fit absolutio, assistentibus ibi nostris Ceremoniaris

Hi absoluti Clerus ordine, quo venerat, redit ad Ecclesiam, ad
 quam deferretur Corpus Defuncti Pontificis humeros feretro supponen-
 tibus octo junioribus Canonis, et hinc inde ad feretrum astantibus
 famulis ipsius Pontificis interstitia gestantibus, post quos bini se-
 quuntur Cardinales

In medio Ecclesie collocatur feretrum, a parte dextera stant
 Cardinales, et in sinistra Canonici, post quos reliqui de Clero cum interstitiis
 accensis, tunc per nostrum Cantorem cantatur Responsorium, et a nostro
 Vicario pontificali bini nigri coloris induto dicitur absolutio

Hi peractis in Cappella Sⁿⁱ Sacramenti collocatur Pontificis corpus
ita ut pedes remaneant extra fores Cancelloy Sacelli, ad hoc ut Populus de-
votionis causa eij deosculari possit.

Per tres dies sic permanset Corpus Pontificis, quibus elapsis nocturno tem-
pore datur sepultura cum assistentia aliquorum Cardinalium ab
ipso creatorum, et per Canonicum nostrum antiquiorem Plurialiter
nigri coloris indutum denuo supra corpus datur absolutio

Et quia per novem continuos dies a Sacro Cardinalium Collegio
fiunt feneralia, ideo de mane Clerus nostrus non agit officium,
nec Matutini, nec Missæ, post meridiem vero cantantur Vesperi de nocte

Decimo autem die antequam Cardinales ingrediantur Conclavem
cantatur Missa de Spiritu Sancto, cui Cardinales assistunt, quæ
absoluta processionaliter Conclave ingrediuntur. Per totum tempus
quo Cardinales morantur in Conclave, dicta Nocturna Nocturni Clerus
quæ die procedit processionaliter cum cantandum Hymnum Veni
Creator Spiritus modo infrascripto

Paratur Canonici hebdomadarii Plurialiter rubei coloris, et nonili-
tercum eo parantur duo Beneficiati, assistente uno ex Ceremoni-
ariis, et de Sacristia procedit Clerus processionaliter de nocte ad Ma-
dare Sⁿⁱ Sacramenti, ubi omnes se genuflectunt. Tunc hebdo-



mandatum innotuit Hymnum, quem prosequantur Cantores

Absolute primo versu surgunt omnes procedente Cruce inter duos
Beneficiorum portantes Candelabra cum Cereis accensis, et ordinate
pergunt ad Palatium Pontificium, ubi in atrio ante portam
sistunt, ibique dispositi, quasi efformantes circumum ad Crucem
conversi.

Hymno absolute Hebdomadarius delecto capite, et ma-
nibus junctis inter duos Beneficiorum ut supra, legit, subactis
libris tenentibus, Vassiculos, et orationes descriptas de more, can-
toribus respondentibus. Postea facta Cruci reverentia, ordine
quo venerat, omnes revertuntur ad Sacrorum

Liber Secundus.

De Dominica, et Feriis Adventus

Cap. I.

In Vesperis, et in Missis Adventus tam solemnibus, quam ferialibus omnia superioribus expressa sunt servanda, praeter infra scripta. Altare, et Chorus, atque Canonici sedilia violaceo apparatus ornentur. Diaconus, et Subdiaconus hisce temporibus induantur planetis ante pectus plicatis, excepta tamen Dominica 3^a, utraque ejus hebdomada, in qua induuntur Dalmatica, et Tunicea

Subdiaconus, dum cantatur a Celebrante postrema Oratio, deponit planetam, et librum accipiens pergit ad cantandam Epistolam more solito, quae expleta celebrantis manum secularis, planetam respumit. Diaconus similiter antequam vadat ad cantandum Evangelium, deponit planetam, eamdem involutam, vel aliam complicatam, quam Ceremoniarum supra illius sinistram humerum imponit, strictaque aptatis cordulis colligat in dextera volatere, et sic concinit Evangelium, eamque magnum stolam gestabit Diaconus, quousque celebrans sacram sumptoribus communionem, tunc enim illa deposita, respumit planetam

In Feria IV., et Sabato quatuor Temporum, in quibus habentur plures Epistolae, in tono lectionis leguntur a Beneficiariis, vel Clericis Beneficiariis per ordinem, ita tamen ut postremam Epistolam semper dignior legat. Itis expletis dum



Beneficiarius accedat ad celebrantem, comitante Acolyto, ejusque manum osculatus, ad proprium locum redent.

Cum Diaconus dicit *Flectamus genua*, singuli præter Celebrantem genuflectant, et subdiacono audiente Levate, omnes aspurgant. In Missis de Feria in Adventu, ad orationem, et Canonem singuli genuflectant, quemadmodum in Missis Vigiliarum. In Vespere 3^e Dom^e, super Altari collocari licet auream Rosam nostræ Basilicæ a Summi Pontificibus dono datam.

De Vigilia Dominicæ Nativitatis, et de Marubino, et Missa in Nocte celebranda. Cap. II.

Vigiliis Dominicæ Nativitatis ad Primam solemniter cantatur Martyrologium ab uno ex Beneficiariis, vel aco Pluviali induto, qui e Sacramo procedens Martyrologii librum ante pectus unaquaque manu suffulciat, præcedentibus duobus Acolytis ac ceteros gestantibus, et uno ex Ceremoniaris. Chorum ingressus, Altare, et reliquos utrinque salutet, ac ipse nec Martyrologium super imponens legat, in medio Presbyterio, deinde thuribulo incensum infundens, triplici ductu librum thurificet; postmodum alto, distinctaque voce canens Nativitatem Domini, et ad ea verba: In Bethelcm Juda, omnes genuflectant usque ad verba ista: Secundum carnem: inclusive. Postea omnibus surgentibus, residuum juxta morem legat. Lecto Martyrologio Beneficiarius ut supra cum Acolytis, ordine quo venerat in Sacramum redeat.

Hic

Hæc Vigiliis sive Dominicis, vel alio die occurrentibus, celebrari solet Misa
 solemniter in paramentiis violaceis, hoc tamen servato, quod Diaconus, et sub-
 diaconus utantur Dalmaticis, et ad Gratias, et Canonem nemo genuflectat,
 et si vigiliis advenerint die Dominico, a Canonibus, seu vero a Beneficiariis
 Misa cantatur. Altare ornabitur sex candelis, et pulsabitur Organum, et
 thurificabitur Altare, prout in Misa solenni. Quoad Vesperas omnia servan-
 tur, ut diximus in superiori Capite de Vesperis solemnibus

Nocte sequenti hora congrua, scilicet a Nonis usque ad decimam horam
 juxta nostræ Basilicæ morem per horam pulsantur Ecclæ campanæ. Pu-
 rasur Epus in sacramento Pluviali alto, et cum eo parantur sex Beneficiari-
 us adnotavimus in superiori Libro de Matutinis Epus celebrante, et a sacratio
 procedendum est ordine superiori descripto. In Choro plurima fulgeant
 Luminaria, ad illustrandum Presbyterium, equaliter dispositis cereis ac-
 centis. Canonici legent lectiones, Candelam Ceremoniarum suffulgentem
 Epus petita benedictione a digniori Canonico Nonam legit lectionem.
 Ad Hymnum Te Deum, unus ex Ceremoniaris admonet Canonicos Epistolam
 et Evangelium cantaturos, et accedens ad accipiendum paramenta
 jam prope credentiam pte parata, ibidem etiam accipiet Pluviale Ca-
 nonicus hebdomadarius, qui a spirat Epus. Prædicti omnes expleto hymno
 et ab Epus oratione recitata, et dicto a Beneficiariis Benedicamus Dno



accedunt ad Episcopum, quem faciem de more reverentia, induunt
 Palmatibus, et Celerem pro Missa canendam. Beneficiati vero dico Be-
 nedicamus Dno discedunt de Choro Pluvialia deponunt. Tunc Episcopus inchoat
 Missam, modo, quo diximus in Cap. Episcopo celebrante; nisi quod in Symbolo
 ad ea verba = Et incarnatus est. Omnes genuflectunt, Episcopus vero genufle-
 ctit super pulvinum, mitra relictam, sicut et in aliis duobus Missis. In
 hujusmodi Missa unus Chorus, praeter Sacerdotes, Eucharistico pane est
 reficiendus. Expleta Missa Canonice hebdomadarius coninet laudes,
 dicoque Beneficiati juxta morem sumunt Pluvialia. Post laudes can-
 tatur Prima, eaque expleta cantatur secunda Missa per Beneficiatos
 in cantu Gregoriano cum Invocatione. Post Tertiam hora competentis
 nisi descenderit in nostram Basilicam summus Pontifex, ab Episcopo cele-
 bratur tertia Missa, singulis servatis prout supra
 Tunc Episcopus Archipræbiter Martinus assistens, et primam Missam celebraturus
 Capa rubra indutus e Sacratio procedit, quem praecedunt sex
 Seminarii Alumnii faces gestantes, sequitur Archipræbiter inae duos di-
 gniores Canonicos, alique seniores Canonici bini, postmodum Be-
 neficiati, et postremo Clerici. Digniores Canonici in Ecclesia ingressu
 aspersorium aquae benedictae purget Archipræbiter, qui semet ipsum
 prius, deinde omnes alios aspergit.

Archipræbiter

Archipbr ante Altare perveniens supra pulvinum in ultimo
 Altaris gradu genuflectit, reliqui propria stalla pedant. Archipbr
 surgens, salutato Altari, et utroque Chori Lato, progreditur ad
 sed distorium, ubi extensa per Ceremoniarium Cappa, ad Altare
 conversus dicit secreto Pater Noster, Ave, et Credo, deinde incipit
 Matutinum, omnia servantur ut diximus de Matutino Episcopali.

Inchoato primo Psalmo tertii Nocturni parantur duo Canonici
 Epistolam, et Evangelium canendi, qui una cum Archipbr legent
 & salmos consuetos ad Missam, p^{re}parationem. Psalmi ab Archipbr exple-
 ti, hi duo Canonici recedunt ad scamnum consuetum juxta Altare
 ut autem tempus commode dispensetur, proquam res Psalmi fuerint
 expleti, Archipbr pariter absolutis Psalmorum recitatione, pronus de-
 bet esse ad dicendam absolutionem.

Postea lectione ab ^{Archipbr} Ep^o cantata, et hymno Te Deum ab eodem
 inchoato, rursus hi duo Canonici accedunt ad Archipbr, qui depo-
 sita Cappa levant manus, et per eisdem induuntur Amictus, Alba, Cingulo,
 Cruce pectorale, Stola, et Pluviali, que omnia de Altari deservien-
 tur, ab Archipbr ordine superiorum adnotato, Archipbr sacris vestibus pa-
 ratur, stans sine mitra ad Altare conversus inter Diaconum, et Subdiaconum
 expectat hymni finem, quo expleto dicit Dⁿⁱ vobiscum cum oratione, et ibi



colyli accendent cum Candelis accensy. De petito per Archiep̄m Dñy votico
 et dicto a Beneficiaty Benedicamus Dño, ipso deposito Pluviali, stans vortus
 Populum, accipis Thuriceham, et Dalmaticam, Diacono, et Subdiacon
 no ministrantibus. Sedens postea accipis Chirothecas, postmodum sur
 gens casula induitur, iderum sedens Mitra pretiosa ornatur, et postre
 mo Canonicy assistens anulum ipsius digito imponit, Diacony, et Sub
 diacony postea accipiunt manipulos, una cum quibus Archiep̄s sur
 git, et salutat vtrumque Chori Latus, progredinetur ad Altare Missam
 inchoaturus. Cetera fiunt ut explicavimus in solemnibus Missa Epis
 copo celebrante.

Secunday Vesperay Canonicy hebdomadarum solemniter can
 tabit, et omnia servantur, ut in Vesperis solemnibus Can. celebrante
 De Festis, que occurrunt usque ad diem Purificationis so
 lemner celebrandis. Cap. III.

De Festis post Nativitatem Dñi occurrentibus, et solemniter a Rm̄y
 Canonicy celebrandis, nihil est peculiariter declarandum, cum ex regula
 ty in superiori libro traditij superabunde innotescat.

In Epiphania Matutinum inchoatur immediate ab Antiphona Af
 ferte Dño, et Invitatorium legitur in 3. Nocturno a Beneficiaty pa
 ratiy. Cetera, ut asperimus aservantur.

In Convoy

In Conversione S. Pauli post Vesperas unus ex Cappellanis prope Altare in cornu Epistolę ad Populum conversus clara, et distincta voce legat nostrę Basilicę constitutionum Capita, juxta antiquam consuetudinem.

In Septuagesima sicut in Adventu Altare, et Chorus, atque Canonici sedilia violaceo apparatu exornentur, Diaconus, et Subdiaconus utantur Dalmatica, et Thuribella etiam in Missis de Feria

De Festo Purificationis B. M. V., et de benedictione Candelarum et Processione. Cap. IV.

Officium hujus diei est duplex scilicet Classis, et est completorium mysterii Dominice Incarnationis; ideo antiphonę ad Vesperas spectant ad ipsum Incarnationis mysterium. In Missa dicitur Prefatio de Nativitate, et ad primas Vesperas dicitur Antiphona Alma Redemptoris Mater

Pro benedictione Candelarum, et Processione, quę hac die fieri debet, pręparantur in Sacrario pro celebrante paramenta violacea, videlicet Phuriale cum Plometis plicatis pro Ministris, et pallium superimponendum Altari, ad hęc benedictio, et Processio pariter violacei coloris. Crux processionalis, et omnia paramenta ad hęc pro Missa solenni, si de festo cantari debeat, si vero de Dominica Septuagesime, sexagesime non mutantur Paramenta Altaris, nec celebrantis, sed remanent eadem violacea, et Diaconus, et Subdiaconus utantur Dalmatica, et Thuribella



Preparanda deinde erit Candelarum Cereæ albæ ea copia, quæ
 sufficiens videbitur pro Canonicorum, aliorumque de gremio Ec-
 clesię numero, nec non pro Laicis, servata tamen ea differentia
 Candelarum, ut illæ, quæ distribuuntur Canonicis sint magis ornate.
 Hæc omnes collocentur super aliqua mensa, vel in aliqua archa
 in Cornu Epistolę, ut videtur esse consuetudo. Paratur etiam Cre-
 dentia juxta consuetum in eodem latere, super qua præter necessaria
 pro Missa solenni, ponatur thuribulum cum Vase aque benedictę, et
 sub aspersorio.

Dicta 3.^a proceditur de Sacristia ad Benedictionem Candelarum
 more solito. Canonicus hebdomadarius paratus, missiva, alba, cingulo
 stola, et Pluviali violaceo, una cum duobus aliis Canonicis habitu
 Diaconali, et Subdiaconali ejusdem coloris indutus, excepto mani-
 pulo, videlicet cum Pluviali plicatis, accedit dictis Canonicis celebra-
 turus cum Ministris, et facta Altari reverentia, deinde salutatis hinc
 inde Canonicis, ascendit ad Altare, eoque osculato, ibidem in Cornu Epi-
 stoly benedicit Candelas, prout in Missali, hinc inde stante Diacono, et Subdia-
 cono. Cum celebrans efformabit signum Crucis super illas, Diaconus a dextris un-
 teriores Pluvialis fimbriam, quoniam opus fuerit elevabit. Post quinque oratio-
 nem celebrans Diacono ministrante naviculum incensum in Thu-
 ri

rifulum, ipsum benedicere more solito, deinde accepto aspersorio de
 manu Diaconi Candelas per aspergit, et eodem modo circumiensabit in-
 ter Diaconum, et Subdiaconum ante medium Altaris, tunc eidem vertens,
 et stabit inter Diaconum, et Subdiaconum. Tunc mox ante Ceremoniarium
 accedit Vicarius ad Altare, in cuius absentia dignior Canonicus, et accepta
 unam ex Candelis benedictis de manu Ceremoniarium statim perit deorua-
 latam celebranti porrigit, qui illam tradet Ceremoniarium tenendam, et sta-
 tim ministrante uno ex Canonicis Camerarius coram includo super rostrum,
 ipse celebrans statim incipit distributionem Candelarum, primo eadem Vicari-
 deinde Diacono, et Subdiacono paratis, mox alij Canonicis per ordinem, qui
 omnes stantes accipient, quas acceptas deosculabuntur. Beneficiati ve-
 ro, et Clerici genuflexi candelas accipiunt istas, et manus celebrantis deoran-
 tantes. Cum inchoabit distributio Candelarum Cantores incipiunt. *Insuper*
 Lumen ad revelationem gentium. Circa finem distributionis Ceremoniarium
 curat, ut accendatur Candelas pro processione. Finita distributione celebrans
 lavat manus, ministrantibus Diacono, et Subdiacono in cornu Epistolae, et deinde
 in eodem loco cantat orationem, et si fuerit post septuagesimam, et non in die
 Dominico dicitur flectamus genua, finita oratione, ministrante Diacono im-
 ponit istas in thuribulum, mox idem Diaconus convertens se ad Populum ultra
 voce dicit: Procedamus in pace; Inde per Ceremoniarium ordinatur Processio



Tunc precedente thuriferario cum thuris bello fumigante sequitur subdiaconus paratus cum
 Planeta plicata de ferreo Crucem medius inter ceroferaios, deinde canones, max alii de se-
 ro bini per ordinem sequuntur Cereos accensos in manibus gestantes, ultimo celebrans a
 sinistris habens Diaconum procedit, dextera Ceruum tenens in inferiori parte,
 que velo violaceo involvitur. Processio ex una Porta laterali, et innotabit
 per majorem. Interea dum fit Processio mutetur Pallium Alarum, et ponatur
 album. Finis Processione Canonici Chorum ingressi, extinguunt Candelas, et ce-
 lebrans salutato Altari, cum Ministris accedit ad Credentiam, ubi deposito plu-
 viali capiet Planetam albam, seu violaceam juxta regulam Syceney traditam
 similiter et Ministri Dalmaticam, et Juricellam ejusdem coloris, quae juxta
 solitum perficiuntur; hoc autem solum est speciale, quod Canonici, et ce-
 deni de Choro, dum cantatur Evangelium, accendunt Candelas, et illas accen-
 sas tenent usque ad finem Evangelii, et iterum ad elevationem usque ad prom-
 munionem, seu si venerit in Dom^o. Septuagesima, seu Sexagesima, in qua Candelas
 processione absoluta, amplius non accenduntur. In quacumque Dominica hoc
 festum incidit, fit omne Candelarum benedictione, consueta aquae benedictae aspersio

De Die Cinerum. Cap. V.

Non occurrentibus festis a Purificatione usque ad Diem Cinerum, quae indigent se-
 culari declaratione, ea igitur, quae agenda in hac die explicabimus. Officium Matutini in-
 primis peragit Can^o, non utitur in laudibus Pluviali, nec ad Benedictus. Altare thurificatur,
 et

et unguentum asperit Beneficiarius. Paulo ante Missam in medio Altaris ponitur argenteum vasculum, in quo sint mundi cineres confecti ex Gloriarum variis.

Dum a Clero cantatur nona, celebrans paratur in sacro Pluviali violaceo, Ministri vero Pluviali plicati. Finita Nona Ministri partes celebranti, preunte inter Accolytos Cruce, procedant ad Altare more solito, et salubata Cruce, et Choro ex utraque parte, ascendit Celebrans cum Ministris ad Altare, et eo orulato accedit ad libram in Cornu Epistolae, ubi stans inter utrumque Ministrum, benedicit cineres, prout in Missali. Absolutis orationibus celebrans ponit thuy in thuribulum deinde per aspergit, eodemque modo thuy thurificat, Diacono omnia ministrante. Postea celebrans medius inter Diaconum, et Subdiaconum, versa facie ad populum consistit, et Diaconus tenes vas cum cineribus, duoque Accolyti genuflexi super Altaris primis graduum se se invicem respicientes, violaceum velum extensum iuxta celebrantem suffulciunt. Tunc accedit Vicarius, eoque absente dignior Canonicus, et cineres celebrantis capiti inclinatus imponit, dicens: Memento hominis, mox Celebrans eidem digniori stanti, capite similiter inclinato, cinerem imponit, deinde Diacono, et Subdiacono, et ceteris Canonici per ordinem, qui omnes capite inclinato, stantes a celebrante cineres accipiunt, Beneficiarius, clericus, et ceteri omnes genuflexi.

Finita distributione celebrans in cornu Epistolae lavat manus, Ministrantibus Diacono, et Subdiacono, dicens orationem concessam, qua completa, et deposito Pluviali, casula indutus procedit ad Missam, in qua omnia, ut in Missali servantur.



Non pulsatur Organum in hac Missa. Ad orationes omnes de Choro genuflectant
 exceptis celebrante Diacono, et Subdiacono. Circa finem ultimi orationis Subdia-
 cono deposita Planeta, Episcopus cantat, qua finita illam reaspirat. Ad Vorticulam
 Adjuva non omnes genuflectant, celebrans medius inter Diaconum, et Subdiacono-
 num genuflectit super primum Altaris gradum, quo versu dicto, Diaconus depo-
 sita Planeta, accipit aliam complicatam, et procedit ad cantandum Evangelium,
 servatis omnibus, quae in aliis Missis fiunt. Post Evangelium habetur Coniunctio. Dicta
 Prefatione omnes de Choro genuflectant, et non surgunt, nisi dicto Pax Domini.

Post Communionem delato per Diaconum Missale ad cornu Epistolae, ipse Dia-
 conus reaspirat Planetam. Dicta ultima oratione Diaconus, dum celebrans dicit
 orationem, vertit se ad populum dicens Humiliter capite. Quae dicta sunt in hoc capi-
 tulo circa genuflectiones ad orationes, et post Prefationem, et quod ad Ministrum,
 et Altaris habitum servabuntur in omnibus ferialibus Missis toto quadragesimali
 tempore.

In Dominicis vero Quadragesimis non genuflectitur, nisi ad Elevationem, et ad-
 communionem Diaconi, et Subdiaconi. In 4. autem Domini Diaconus, et Subdiaconus
 utantur Palmatica, et Ibuncella. Ad primas Vesperas Dominicae Passionis, cooperi-
 untur omnes Cruces velo violaceo, et Imagines saluatoris. Crux vero in Altaribus, ubi
 cantatur Missa, non cooperiatur, nisi post cantatum Evan. ad illa verba Sed et autem ab om-
 ni decepta vero velum super Crucem, relicta tamen salu. Imaginem aperta, ut commode legi
 remoniam possit virga Imagini velum superimponere. Da

De Dominica Palmarum Cap. VI.

Officium de Dominica Palmarum, hoc est benedictio, et distributio *Itarum*, ac deinde *Paspis* simile est fere in omnibus officio, quod fit in Purificatione *B. M. V.*

Preparentur igitur in Cornu Episcopi *Palme*, seu *Rami Olivarum benedicti*, quibus ex *Palmy* pulchriores semper distribuuntur dignioribus, ita ut appareat differentia inter *Canonicos*, *Beneficiarios*, et *Laicos*. Potetur etiam celebrans cum *Ministris* in *Sacrario*, scilicet celebrans cum *Pluviali violaceo*, *Ministri* vero cum *Planctis* *pluvialis* ejusdem coloris cum *Manipulis*. Completa *Tertia* Processionis ordine procedunt ad *Chorum*, ubi facta aspersione aque more solito, celebrans prosequitur benedictionem *Palmarum*, ascendens ad *Altare*, quod osculatur in medio, et deinde ad Cornu Episcopi, medius inter *Diaconum*, et *Subdiaconum* procedit. Interim *Cantores* cantans *Hosanna*, postmodum celebrans habens hinc inde *Ministros*, junctis manibus dicit in tono *seriali* *Domine* *Vobiscum*, et *Orationem* non vertens se ad *Populum*. Postea *Subdiaconus* deposita prius *Planeta* *pluvialis* in solito loco cantat sequentem *Lectionem* in tono Episcopi, et in fine osculatur manum celebrantis, et rursus reasumit *Pluviam*. *Diaconus* pariter, ut suum exequatur munus, dum a *Cantoribus* *Graduale* cantatur, deponit *Planetam*, et accipit *aliam involutam*, deinde defert *librum* ad *Altare*, et celebrans ministrante *Diacono* *naviculam*, imponit *incensum* in *thuribulo*, deinde dicit *Munda* accipit *librum* de *Altari*, petit benedictionem a celebrante, et *Evangelium* more solito cantat, deferentibus *Acolythis* *Luminaria*, quo finito *Subdiaconus* defert *librum*



osculandum celebranti, qui incensatur a Diacono, hic postea deponitur sub
 sa magna respicit Planetam. Celebrans postmodum conversus se ad Altare
 in cornu Epistolae prosequitur benedictionem Palmarem, dicit junctis manibus
 Dominus Vobiscum, et Orans, assistentibus hinc inde Ministris, Diaconis, cum si-
 gnum Crucis efformari debet, Pluvialis fimbrias elevatis. Eodem modo cantat
 Prefationem, in cuius fine per Cantorem cantatur Sanctus, ut etiam Ministeria
 Celebrante

Orationibus absolutis Celebrans imponit thuy in thuribulum, deinde ter asper-
 git aqua benedicta ramos dicendo Antiphonam Asperges me sine cantu, et si-
 ne Psalmo, et ter adolet incenso.

Completa benedictione sine Palmarem distributio, tunc Cantores inchoant An-
 tiphonam Queri Hebraeorum, et omnia fiunt ut in Candelarum distributione
 finita distributione celebrans lavat manus, et cantat ultimam Orationem, qua
 completa ponit incensum in thuribulum, ministrante semper Diacono, qui postea
 facta Altari reverentia, conversus se ad Populum clara voce dicit = Procedamus, cui
 Chorus respondet = In nomine Domini. Tunc per Ceremoniarum ordinatur Processio, in qua
 omnibus procedit Thuriferarius, sequuntur post eum Cerofera cum Candelis, et ce-
 reis accensis, medium habentis Subdiaconum cum Crucem deferentem, mox Cantores
 antiphonam cantantes, ut in Missali, post quos sequitur Clerus per ordinem, postremo pro-
 dit celebrans cooperto capite una cum Diacono a sinistra, omnes ramos pro manibus por-
 tantes

Processio exceditur extra portam Lateralem Eccl^{ie}, et progreditur ad portam ma-
 jorem Eccl^{ie}, ubi elauso ostio duo, vel quatuor Cappellani in unum facie ad orientem conver-
 sa clauso, et intelligibili voce cantant. Plonius Layc^{us}, et Cantor^{us} extra Portam in Pon-
 ticiu repetunt eandem versum. Subdiaconus deferens Crucem, Imaginem Crucifixi
 ad Celebrantem conversa, ante fores Eccl^{ie} medius inter Corporant^{es}, adstante etiam
 thuriferario sistit. Reliqui de Clero hinc inde ante ipsas fores de seuto capite se
 invicem respicientes, etiam substant, medium habentes Celebrantem cum Diacono
 capite tamen cooperto, et facie ad Eccl^{iam} conversa, deinde alii Cappellani, qui in-
 ter sunt cantant alii versus sequentes, Cantoribus semper respondentibus = Gloria laud^{is}
 Post haec Subdiaconus Crucem astili percussit portam, qua statim aperta^{que} proprii
 ordine jam descripto intrat Eccl^{iam} cantando responsoria assignata. Singuli Cho-
 rum ingressi, facie debite reverent^{is}, redeunt ad propria stalla. Celebrans ante alti-
 mum Altaris gradum, deponito Pluviali accipit Planetam, et manipulum, et in-
 choat more solito absque organi modulatione

Dum Subdiaconus legit Epistolam, et pronuntiat illa verba = ~~Et in nomine~~
 Jesu Celebrans, et omnes genuflectant, sic permansuri ad illa verba = et inferentur

Tres Canonici Passionem canentium, dum legitur Epistola in sacramento parant^{ur}
 Amictus, Alba, et Cingulo, manipulo, et stola coloris violacei a sinistro
 humere pendente, et circa finem Tractus, monente Ceremoniaro, procedant
 sacramento hoc ordine. Primo Ceremoniaro, deinde qui Evangelium per-
 sonam refert librum, deferens ante pectus, postea qui Turb^{is}, postremo, qui
 Christi personam representat, et facie Altari, et Choro reverent^{is}, ascendunt
 hoc ordine ad ostium Celebrantis monum, nullam tamen benedictionem pe-
 tent^{is}, deinde Altaris Crucem denuo salutata, equaliter procedunt ad consue tum
 Evangelii locum, et imposito Evangeliorum libro supra legiles a dextris ipsius,
 qui Christi personam agit, a sinistris qui Turb^{is}. Palme autem ipsorum ponuntur in summa
 parte legilis



Celebrans cum inchoatur Latio, eandem in cornu Ep'te legat, tenens Palmam
in manibus, assistentibus Diacono, et Subdiacono, qua expleta Celebrans, et Mi-
nistri accipiunt Palmam pr' manibus, sicut et faciunt omnes de Choro, et
vertunt se versus Cantores ad audiendam Passionem, in cuius fine dum di-
citur: Iesus autem inclinans Celebrans in suo loco versus Crucem, et omnes in
suis locis genuflectunt, sicut et Cantores, postea singulis surgentibus, Evange-
listis personam agens, suam lectionem perficit, qua finita Canonici cantores se-
cundum debitum reverentiam, ordine, quo venerant redeunt ad Sacramentum

Tunc Celebrans vadit ad medium Altaris, et dicit Munda cor Subdiaconus
deportat librum ad Cornu Evangelii, Diaconus vero deposita Planeta, accipit
aliam complicatam, et portat librum ad Altare more solito, ibi postea mini-
strat incensum Celebranti, deinde genuflexus dicit Munda cor, petit
benedictionem, et cantat Evangelium de nocte cum incensatione, assan-
tibus utrinque Acolytis, sed absque luminibus. Lecto Evangelio librum omni-
latur Celebrans, qui etiam thurificabitur. Cetera in alijs Missis dicta, servantur

Subj. ordo cantandi Passionem servatur in Feria 3^a et 4^a, paucis cir-
cummutatis, videlicet. Cantores erunt Beneficiati, et nullus assistit Exe-
mionarius, sed tantum Acolyti, et pariter Justarum non faciunt Can-
tores in Choro, sed idem Beneficiati, qui Justis gerit vicem.

Si vero in hac Dominica Palmarum, vel Feria V. in Cena Domini
vel Dominica Resurrectionis contingat festum sancte Annuntiationis, sem-
per Officium transferitur, licet pr' dictis diebus non sit Missa de Annun-
tiatione, tamen in Choro, quando cantatur Symbolum, omnes debent

debent genuflectere ad illa Verba = Et incarnatus, quia ipse dies est An-
nunciatio, ut dicit Rubrica Missalis de ord. genuflectendi Cap. 12. n. 50.

De Matutinis Tenebrarum IV. V. VI. Feris Majoris Hebdomade

Cap. VII.

Post Dominicam Palmarum nullae occurrunt Solemnitates ante Officium Tenebrarum
licet 3.^o et 4.^o Feria celebrari solet Missa Solemnis, et infra eam decantari Psalmus D. N. D. G.
celebrabitur secundum ritum, et Cere monias, quae observari solent in diebus Feriatis

Quarta igitur Feria hora congrua, quae regulariter est vigesima prima, per
horam pulsantur Campanae, prout in Vesperis Solemnibus. In huiusmodi Matutino
Altare, et Canonico rum scama remaneant parata, prout fuerunt Dominica
praeterita, et a latere Epistolae ponatur Candelabrum triangulare accommoda-
tum ad sustinendum quindecim cereos cere communis, qui paulo ante
accenduntur, simul cum ceteris Altaris ex eadem cera communi.



Canonici hebdomadarius Canonicali Cappae indutus, recitatio iuxta
morem Completorio in proprio loco surgat, et omnibus aspirantibus dicat Je-
suo Pater, Ave, Credo, mox unus ex duobus Beneficiatis Cantoriam fa-
cientibus, accedit ad Cere monium, cui intonat antiphonam = *Jesus*
Domus tua qua repetita eam proseguantur Cantores, postea ante Lexi-
le hi duo intonabunt Psalmum, tunc omnes in Choro sedebunt

Expleto quolibet Psalmo, aliquis Acolytus accedit cum debitis reverentijs

Aliquis Acolytus accedit cum Instrumento apto ad Candelabrum triangularem, et
 extinguit eorum in illius extremitate positum a latere Evangelij; deinde
 in fine alterius Psalmi alterum ab alio latere, et sic successive alternatim ab
 utroque latere singulos ceteros extinguit. Duo Beneficiati præintonabunt Ca-
 nonicis per ordinem antiphonæ, ut fit in alijs matutinis. Finita 3.^a Psalmi
 antiphona, in quolibet Nocturno surgunt. Canonici vero hebdomadarij di-
 cit Patrem N^o. totum secreto, quo finito sedebunt omnes, et per Cantores
 cantantur Lamentationes. Lectiones secundæ, et Tertie Nocturni, comitantur
 canonici, incipiendo a Junioribus ante Legile præparatum in medio Pres-
 byteri, comitante Ceremoniaro cum debitis reverentijs. Primam Le-
 ctionem legit in suo loco Can^{icus} hebdomadarius, surgentibus omnibus
 Ad Laudes præintonatur eodem modo hebdomadario celebranti antipho-
 nam in Matutino, et per eundem repetitam proseguuntur Cantores,
 quod idem servatur ad antiphonam ad Benedictus. Cum dicitur
 Versus = ut sine timore Acolytus in singulis versibus singulas ab altero
 Candelæ extinguat, incipiens a Cornu Evangelii, deinde ab Epistole
 latere alternatim, et pariter omnia lumina in Eccl^a extinguentem,
 præter illud, quod remansit in cuspidem Candelabri triangularis, quod cum
 repetita fuerit antiphona post Benedictus Ceremoniarum amoveat, et in
 Cornu Epistolæ sustineat, et dum inchoatur = X^{pus} factus est, illud sic acen-
 sum abscondat post Altare.

Dum

Item in prædicta antiphona genuflectunt omnes; eaque a Missæ ex-
pleta, silencio recitatur Pater Noster; mox flebili voce concinuntur Psalmi.
Miserere quoque absolute hebdomadarius genuflexus, præsertim in Gre-
gorio: intelligibili voce, sed absque cantu recitat orationem: Respicit usque
ad verba. Qui cumque, qui secreto complet: quæ finita Cereemoniarum
scammum percussit, et a reliquis brevi temporis spatio frangit exitum, quous-
que Cereemoniarum absconditum lumen in triangulari candelabro exponat.

Hæcque prædictis reliquis Populo ostenduntur: sic omnes accedunt, ut illas
venerentur, quod fit in alijs diebus hujus Sæculi hebdomadæ post officium
tam de mane, quam de sero, et quotiescumque opus fuerit. In duobus se-
quentibus Martinis Jenebræ eadem serventur, cum hac differentia, quod
Mare, Curiam, Sedy Canonice, et omnia genibus sint denudata

De Feria V. in Cena Domini

Cap. VIII.

Cum in hujusmodi sacra solemnitate consiciatur Ceterum consecratio
preparanda, et agenda ad eorumdem consecrationem, præsertim ea, quæ ad
Missam, et Processionem sacramenti pertinent, subjungimus

Itaque sacellum in nostra Basilica, quod regulariter in nostra
Basilica Gregorianum B. M. V. pulcherrime, et magnifice plurimum
exornetur luminibus, in quo sancta Eucharistia post Missam est recondenda



Item speciosum, et juxta meam sententiam candidum præparetur
 Baldachinum; Item præparetur famulicæ juxta sufficientem Cleri
 numerum; Super Credentiam præter asperata adit aliud thuribulum cu
 navicula, duo vela, quorum unum sit parvulum, candidum, et specio
 sum ad contegendam Snam Eucharistiam, et alterum pariter candi
 dum, et ornatum imponendum humeris Ep'i Snam Eucharistiam delat
 uram. Item amplior calix, in quo Sna Hostia sit reponenda cum Palla,
 et Patena ad illum cooperiendum. Item duas hostias consecrandas, et argente
 um, seu deauratum vasculum una cum pluribus particulis consecran
 dis pro Clero communicando. Item sex, vel octo stipes albe communicando
 rum sacerdotum humeris imponenda. Item a sacrista parentas tres am
 pulas oleo purissimo repletas, quas super Altare Sacelli S. Gregorii collocentur
 nempe una pro Infirmorum, altera pro catecumenorum oleo, tertia pro
 Chrismate, et hæc posterior sericeo, et candido panno, reliquæ vero panno al
 bonis coloris contegantur. Item duo vela pro Diaconis ampullas Chrimatis, et
 Olei catecumenorum ad Chorum delaturis. Insuper Vasculum cum Balsamo, et
 cochleari patena cooperitum.

Præter credentiam consuetam, et faldistorium paratur intra Presbyterium con
 tra Altare sedis, et ante ipsam mensam mappis ornata, adspice duo scamna hinc
 inde prope dictam sedem pro Diacono, et Subdiacono, et alterum pro Con. assistente
 in sinistro Mense latere, et hæc omnia super Baldachum raptè coniectam collocentur
 juxta dictam sedem hinc inde, sed retro, et in plano Cappelle ponantur scamna
 pro duodecim sacerdotibus, et septem Diaconis, et idemque Subdiaconis, quibus idem
 insi

insidens ad Altare conversus

Episcopus hora congrua in Sacramenti Pontificali bus paramentijs albi coloris paratur
 et una cum eo tres Canonici, videlicet Assistentis, Diaconus, et Subdiaconus. Indu-
 untur etiam reliqui Ministri, videlicet septem Diaconi, septem Subdiaconi, et
 duodecim Presbyteri, omnes paramentijs albis, cuiuslibet Ordinis congruentibus.
 Interim in Choro duobus tandem Candelis accensis recitantur horum sine
 cantu. Absoluta nona Episcopus cum Paratis procedit ad Chorum hoc ordine
 Precedentem stantiarium cum incensore Episcopo in thuribulum imposito, subsequen-
 tur unus ex Subdiaconis paratis. Crucem deferens inter duos Accolytas cum can-
 delis accensis. Clerus deinde prout in alijs Processionibus accedit. Postea sex
 Subdiaconi bini, et post ipsos septem Diaconi, quorum ultimi tres simul erunt
 deinde duodecim Presbyteri eodem ordine subsequuntur, quos sequuntur
 Subdiaconus Canoniciq; librum Evangeliorum portans ante Assistentem, et Diaconum
 progrediatur. Omnes Chorum ingredi, factis debitis reverentijs, propria loca petant
 Canonici in suis locis, Presbyteri vero, et alii Parati accedunt ad sedilia intra Pres-
 byterium juxta Menam paratam, facibusque ad Altare conversis stant, sedebunt,
 et genua flectent cum opus fuerit. Episcopus vero ante gradus Altaris cum suis Ministris
 facit confessionem sine Psalmo. Deinde et ad Missam procedit more consueto, ni-
 si quod cum Episcopus intonavent Gloria in excelsis pulcantur Campanae, et organum,
 quae omnia non pulcantur nisi Sabato sequenti. Ad offeratorium post Episcopus, et ante



et ante Canonicos thurificantur prefati Presbyteri, Diaconi, et Subdiaconi juxta
 singulorum Ordinem. Episcopus perveniens ad illa verba in Canone Per quem omnia
 exclusive, facta genuflexione sumo Sacramento, transfert se ad cornu Episcopi, ubi su-
 per alium calicem abluat digitos, et purificatorio abstergit, et ablati servatur post
 Communionem. Interim Canonicus assistens accepto Missali cum pulvino de ablati
 cum Bugia, comitante Ceremoniaro cum debita genuflexione deferens librum
 ad mensam illam paratam, et ibi juxta suum scamnum expectabit Episcopum
 qui adorata summa Eucharistia, descendit Altaris gradus, ibidem accipit Mi-
 stram, et medius intra Diaconum, et Subdiaconum vadit ad sedem sibi in Pres-
 byterio paratam, sedetque super ipsam versus ad Altare facie, circumstantibus Mi-
 nistris Sacerdotibus, Diaconis, et Subdiaconis suis in locis momentibus. Tunc Diaconus
 sedens a dextris Episcopi surgit, et dicit aliarum in tono lectionis: Oleum Infirmorum
 et mox unus ex septem Diaconis a duobus Acolythis assistens, et Ceremoniaro
 comitante, facta prius Sacramento genuflexione, et Episcopi reverentia, vadit ad
 Sacellum Sancti Gregorii, indeque deferens vas olei, quod pro Infirmis consecrari
 debet, cooperatum ut supra, ipsumque sinistro brachio deferens contra Episcopum tra-
 dit in manum Diaconi, submisit dicens Oleum Infirmorum, quod Diaconus Episcopo
 presentat, eadem verba dicens. Subdiaconus, qui vas debet, retrahit se non longe,
 ubi statim donec perficiatur benedictio, quae fit, ut in Pontificalibus, ad vocando quod
 omnes in Choro, quando Episcopus surgit, surgant, et quando sedet, sedent, atque Acoly-
 thi manent genuflexi ante sacramentum invicem se respicientes, quando cum
 quae Episcopus ab Altari dicitur. Expleta benedictione, vas ipsum eodem modo quo al-
 latum fuerat, referatur per eundem Subdiaconum ad Sacellum S. Gregorii. Episcopus postea
 sedens cum Misra, lavat manus super eandem mensam.

Interim

Interim Com^{us} Epistolam accipit Missali discedit, et salutato Ep^o simul defertur
ad Altare in cornu Evangelii, comitante Ceremoniaro cum debitis genuflexio-
nibus. Ep^{us} vero surgit, et inter Diaconum, et Subdiaconum cum Mitra ac-
cedit ad infirmum Altaris gradum, ubi deposita Mitra genuflectit, et
ascendens ad Altare prosequitur, Missam. Pax in hac Missa non datur
sed post Communionem Corporis, et Sanguinis, Diaconus ponit hostiam
consecratam pro crastino in Calicem, quem de credentia detulit
Ceremoniarus, et eundem calicem collocat in medio Altaris, Palla,
et Patena illum cooperit, et velum album perpulchrum calici super
imponit.

Postmodum communicat Ministros Altaris, id est Canonicum assisten-
tem, Diaconum, et Subdiaconum, mox ipse Diaconus sumpta purifica-
tione trahit se ad cornu Epistolae, facie versa ad Ep^{um} dicit in eam
consueto Confiteor, quo absolute Ep^{us} facit absolutionem, et deinde
vertens se ad Altare cum genuflectione accipit Pixidem, communicat
primo omnes Presbyteros, et ceteros Paratos, postmodum aliis de
clero per ordinem, qui bini procedunt. Diaconus Canonici mi-
nistrabit in cornu Epistolae purificationem omnibus Paratis, et
Canonici, Beneficiariis vero, et Clerici unus ex septem Diaconis paratis
aliisque vero Ceremoniarus

Presbyteri omnes dum sumunt Communionem habeant solum



Super humeros pendentem. Absoluta communione, si particule remanserint, per antiquiorum Beneficium deferuntur ad Altare S^mi Sacramenti cum Stola, et velo, et quatuor ferialibus precedentibus.

Ep^{us} vero postea communione generali, digitisque ablatis semel etiam primam ablutioem in alio calice repetitam, factaque Altari genuflectione, in ultimo Altaris gradie mitram accipit, et a Ministris assistentibus associatus accedit ad sedem predictam, ibique cum Mitra sedet. Presbyter vero assistens semper deferens Missale de Altari ad Mensam, quomodocumque opus est.

Tunc Diaconus a dextris Episcopi ungens dicit in tono lectionis = Oleum ad Sanctum Crisma, deinde eodem tono Oleum Cathecumenorum, quo dicto ministrante Diacono, imponis ihu in Ithuribulum cum benedictione. Tunc omnes Parati ad Sacellum S. Gregorii accedentes, Oleum Crismatis, et Chatecumenorum deferentes processionaliter incedunt, primo Thuriferarius cum Thuribulo fumigante, sequitur Subdiaconus, deferens Crucem medius inde Ceriferarius. Tunc Cantores cantantes versus, ut in Pontificali, quos sequuntur Subdiaconi bini, et Diaconi, deinde Subdiaconus portans Vasculum cum Balsamo, tum duo Diaconi Ampullas Olei ad Sanctum Crisma a dextris, et pro Oleo Cathecumenorum a sinistris, mappa a collo pendente

te ipsas ampullas sinistris Brachijs portantes extremitatibus mappa-
rum involutas, ita pariter, ut earum dimidium videri possit, hoc se-
quuntur duodecim Presbyteri, Diaconi, et Subdiaconi bini, et bini.

Cum pervenerint ad Presbyterium deferens Crucem cum Ithurife-
rarijs, ac Ceroferarijs sistit iuxta Altare in Cornu Epistolae, Diaconi
vero deferens ampullas, et Subdiaconus Vasculum cum Balsamo prope
mensam consistunt. Ceteri vero Parati in suis locis destinatis se-
deant, factis prius debitis reverentijs Sacramento, et Episcopo

Diaconus tunc Chrimatis ferens Vasculum accedit ad Epum ipsum
Diacono Canonico aspicienti tradit, qui illud velo involutum accipiens,
Epō sedenti ostendit, et super mensam ante ipsum collocat, postea Subdi-
aconus Vasculum cum Balsamo deferens, Diacono porrigit, qui ipsum
accipiens eodem modo Epō ostendit, ac super mensam reponit. Tunc
surgit Epus Mirra deposita, et primo benedicens Balsamum, deinde
Oleum Chrimatis, ut in Pontificati. Peracta benedictione Chrimatis, am-
pullam in uno latere mensae collocat, et statim Diaconus aliam ampul-
lam Olei Chathecumenorum deferens, ipsum sine mappa, quae circa collum
retinet tradit Diacono aspicienti, qui illam Epō ostendit, et supra prædi-
ctam mensam reponit ante Epum, et prosequitur benedictionem res in Pon-
tificati. Completa benedictione ambq; ampullis, Chrimatis videlicet, et Olei
chathecumenorum, per dictos duos Diaconos et Sacellum S. Gregorii præse-



sionaliter reportantur eodem modo, quo delatae fuerunt, Cantantibus
 Cantoribus Verticulis, prout in Pontificali. Interim Episcopus lavat manus
 et ad Altare cum Ministris procedens, Missam prosequitur, qua finita Episcopus
 procedit ad faldistorium, deponit Planetam, et Dalmaticam, et accep-
 to Pluviali, sedens imponit thuribulum sine benedictio-
 ne. Interim ordinatur Processio. Crucem deferens unus ex Subdia-
 conis paratis, medius inter duos Accolytos portans Candelabrum
 cereis accensis. In hac Processione, Subdiaconi, Diaconi, et Presbyteri
 parati ibunt post Canonicos cum facibus accensis, et octo Canonici
 Juniores accipiunt hastas Baldachini. Postquam igitur incensa in Thu-
 ribulo, redit Episcopus ad Altare, ubi genuflexus in ultimo Altaris
 gradu, accepto uno ex thuribulis a Diacono, incensat semel sacra-
 mentum triplici ductu cum profunda inclinatione capitis ante,
 et post. Canonici vero assistens genuflectit in eodem gradu Altaris
 in Cornu tamen Evangelii. Tunc imponitur per Ceremoniarium su-
 per humerum Episcopi Velum album, et Diaconus surgens ascendit ad Alta-
 re, et facta genuflectione accipit Calicem cum Sacramento de Altari,
 et stans illum porrigit Episcopo genuflexo, sine reverentia versus Episcopum
 et sine osculo, sed porrigentem illum in manu Episcopi relinquit, genuflectit.

Episcopus vero cum Sacramento surgit, et medius inter Diaconum, et
 Subdiaconum procedit ad Processionem, Canonico autem assistente va-
 dit immediate ante Episcopum junctis manibus. Statetiam ante Baldachinum
 duo

quod deponet super Altare in loco preparato, cooperiens velo undique
 calicem, et interim Epus paulo retrocedens, stans imponet in censum in
 altero ex thuribuly, ministrante assistente, et versus genuflexus sacra-
 mentum incensabit triplici ductu, quo facto Diaconus claudis ca-
 psulam, in qua includitur Sacramentum clave aurea, quam
 tenere debet Sacrista Canonius.

Quibus praestis Diaconus redit ad sinistram Epus, et aliquan-
 tulum longe a sacello imponit ei Mirram, et ordine, quo vene-
 rant redeunt ad Sacramentum.

Postea in Choro duobus tantum candelis accensis dicuntur
 sine cantu Vespere, quos Canonici Decanus in suo seculo, et in eju-
 absentia Canonici antiquior, insonis, quibus absolutis ostendun-
 tur reliquis, et demum dantur per Ecclesiam omnia Altaria, alia
 ornamenta dum per Ecclesiam, quam sepe ipsa Altaria, et
 sacra amoventur.

Completorium dicitur sine Cantu, et sine luminariis, quod
 absoluto accenduntur Candelae tam in Altari, quam in Triangu-
 lari, et cantatur Matutinum, et omnia servantur, ut in Feria IV. expli-
 cavimus. Liber tamen ad cantandum matutinum, nullo modo sit tectus serico
 panno, potest tamen subito apponi pulvinum nigrum.



De modo abluendi Altare Majus
Cap. IX.

Jonia V. in Cena Dñi absolutus laudibus fit ablutio Altaris Majoris ex antiquo ritu Basilicæ vni, quem in suo opusculo declaravit, satis fuisse Amm. Suardi Epus Vaison tunc Vicarius ejusdem Basilicæ. In Choro canitur Canticum Benedictus, per unum Beneficiatum distribuuntur aspergilla, primo Canonici per ordinem, ut fit in distributione Candelarum, postea Beneficiati, et Clerici Beneficiati. Canonici hebdomadarius in Sacramentario paratur ministrante Ceremoniaro Amictu super Rochetum, Albigulo, Stola, et Pluviali nigri coloris, accipiunt etiam cum eo sex alii Canonici Stolas super Rochetum, et Coram, et sic processionaliter omnes cum aspergillis in manibus procedunt ad Altare, precedente Crucem, quam defert Acolytus medius inter alios duos Acolythos portantes Candelabra cum candelis extinctis de cera communis. Canonici Pluviali indutus vadit medius inter duos ultimos Canonicos Stolis ornatos, alii quatuor immediate precedentibus bini, transierunt ante Altare S. Sacramenti genuflectant. Provenientes ante Altare S. Apostolorum Com^{cus} lebrans se et immediate ante infimum Altaris gradum, habent hinc inde alios sex Canonicos cum Stolis. Ceteri Can^{ci} constituent post eorum circulum, eodem modo se habeant Beneficiati, et Clerici Beneficiati. Post Can^{cos} Acolythi Crucem deferunt.

Stet inter Ceroferarios ante medium posterioris partis Altaris, faciem suam
in vertentem ad Celebrantem

Hij ergo dispositi Celebrans intonat Antiphonam. Diviserant sibi, postea
Psalm. 118. Deus Deus meus & alternatim sine cantu proseguunt Cappellani ibidem
reges circa Altare dispositi ex utraque parte. Interim disposito per Ceremoni-
nicium Pluviali. Celebrans cum sex Canonici ascendunt ad Altare, et super
illud infundunt vinum generosum infusum prius in aliqua vasa argentea,
et aspergunt diligenter, et accurate Lavant, et hij descendentes, ascendunt
Canonici idem facientes, postmodum Beneficiati, et Clerici Beneficiati. Lavato Al-
tari iterum Celebrans cum sex Canonici ascendit, et Spongiis demum astergit, et
simili modo segerunt Canonici, et Beneficiati.

Explicitis omnibus Celebrans in eodem loco ante ultimum Altaris gradum cum
sex Canonici reasumpto Pluviali genuflexus sistit, et ceteri tenente libram sub-
sacrisa dicit sine cantu orationem Respice, qua explicita ostenduntur de motu
Reliquis, et ordine, quo venerunt redeunt ad Sacramentum

De officio Ferie VI. in Parasceve Cap. X.

In die Parasceve serventur infra, videlicet Altare, Faldistorium, Sedilia
Canoniorum, ac tota Tribuna sit penitus denudata. In altari aliud non ponatur
quam Crux cooperta cum sex candelabris cum ceris extinctis ex Cera communis
In Credentia Mappa superponatur, sed a nulla parte pondeat, ubi vult Pelvis,



cum Urceo ad lavandas manus, et alia ad recipiendas pecunias ad adorationem
 Crucis, cum Missale, et Bugia pro Ep^o, Epistolarium, Bursa cum Corporali, et
 Purificatore, Urceblum cum ampullis, velum album ponendum super hu-
 meros Epⁱ ad S. Sacramentum reportandum, Stola pro Can. assistente, tabu-
 lea extendenda super Altare, duo thuribula cum Navicula, Planeta in-
 voluta pro Diacono, et Tremiale. Preparatur etiam Tapes magnus extendendus
 suo tempore pro adoratione Crucis, magnus item pulvinus violaceus suppo-
 nendus Cruci, alius etiam pulvinus pro Ep^o, et alii quatuor pro Diacono, et
 Subdiacono supponendi, quando se prostant ante Altare, Baldachinum
 portandum sit etiam preparatum, Pluviale pro Can. assistente.

Istis omnibus preparatis, dum in Choro dicuntur hoc, que sine cantu, et sine lumina-
 ribus recitantur, paratur Ep^{us} in sacris omnibus Paramentis Pontificalibus nigro
 coloris, exceptis Sandaliis, et Chiroteis, occipiens in eodem loco manijulum

Diacony, et Subdiacony habebunt Planeta plicata ante pectus ejusdem coloris
 qui ante Ep^{am} de more parantur. Hora competenti completa jam Hora proce-
